TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1215**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

ab. Giuseppe
Deganis

De incarnati
Verbi mysterio
Libri VI.

1215

N. 20. — (1879.)

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

De

Ve
Deu
ctu
caro
merc
mens
sen
in
mor
3. i
dit
pro,
v. g
unig
hoc
ip
pro
cr
ti

ta
m
D
fa
di
de
in
m
co

De Incarnati Verbi Mysterio.

Libri VI.

Auditoribus

Ve…
Deus…
stia…
caro…
mer…
men…
sem…
in…
mor…
B. …
dit…
pro…
v. …
uni…
hoc…
ip…
pro…
cr…
di…
…
ta…
m…
O…
fa… usque ad mortem, mortem autem crucis, de-
dit redemptionem semetipsum pro omnibus. Hunc proposuit
Deus, inquit Apostolus ad Rom. 3. propitiationem per fidem
in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae suae, propter re=
missionem praecedentium delictorum. Quam quidem miram cir-
ca nos divinae pietatis dignationem, et inaestimabilem charitatis
di-

Pro expl. describe cum Aug. Luc.
cap. 10. infelicem humani generis statum: homo
quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho,
et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt
eum, et plagis impositis abierunt semivivo
relicto… Samaritanus iter faciens venit
… misericordia
… alligavit vulnera
… et vinum… et eum
…
… stertibus …
… …
…, quidem
…
… quis …?
… multisque …
… est gloria ejus,
… …
… me
… multi …

Opera dell'Abate Giuseppe Deganis
di Villacaccia, Professore di Teologia
dogmatica nel Seminario di Udine nel 1801
in luogo del prof. Riani poi Vescovo
di Concordia. — Il Deganis fu poi
Parroco della Chiesa (di S. Cristoforo in Udine).
fu parr. di Bertiolo dal 1806 al 1827
in cui morì, ma rimosso almeno dal 1824

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

De Incarnati Verbi Mysterio.

Libri VI.

Auditoribus

Verbum illud, quod erat in principio apud Deum et Deus erat, per quod omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil, quod factum est; hoc inquam Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est, et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. O effusa divinæ in nos charitatis ac benevolentiæ immensitas! Cum essemus mortui peccatis, sic Deus dilexit mundum, inquit S. Joannes 3. v. 16. ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. In hoc prosequitur idem Evangelista in prima sua epistola c. 4. v. 9. apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas: non quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Hoc manifeste magnum est pietatis sacramentum, inquit Paulus 1. ad Tim. 3. v. 16. quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit Angelis prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. // Suscepta est igitur, Auditores lectissimi, ut loquitur S. Leo epist. 24. c. 3. suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas // Namque mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, cum in forma Dei esset exinanivit semetipsum formam servi accipiens et factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Hunc proposuit Deus, inquit Apostolus ad Rom. 3. propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. Quam quidem miram circa nos divinæ pietatis dignationem, et inæstimabilem charitatis di-

Pro exp.° describe cum orat.° hunc cap. 10. infelicem humani generis statum: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, et plagis impositis abierunt semivivo relicto... Samaritanus iter faciens venit secus eum, et videns eum misericordia motus est. et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, et vinum.. et curam ejus egit.

Samaritanus autem iste potentissimus [illegible] est Verbum illud, de quo Evangelista Joannes ait Verbum illud ~~caro factum est~~, quod erat in principio apud Deum &

Generationem ejus quis enarrabit? Isaias.

Paulus. multifariam, multisque modis olim Deus q. qui splendor est gloriæ ejus, et figura substantiæ ejus.. portans omnia verbo virtutis suæ

« ecce ego mitte me »

Habacuc: Domine audivi auditum tuum

Leo P.

Isaiæ mittam [illegible] ecce ego, mitte me.

dilectionem admirans Ecclesia jure merito exclamat: o felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem!

Cum itaque toto hoc anno nobis futurus sit sermo de augustissimo hoc mysterio, quod absconditum a sæculis in Deo vocat Apostolus ad Ephes. 3. v. 9., ut instructi simus, ut habet idem Apostolus 1. Cor. 16. v. 22. in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii, et Christi Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi: unde quidquid ad Incarnati Verbi naturam, personam, dona, officia, et cultum maxime pertinent, sine errandi periculo investigare possimus, adeamus ad eum, qui dives est in misericordia ut det nobis sedium suarum assistricem sapientiam, mittatque illam de cœlis sanctis suis, et a sede magnitudinis suæ ut nobiscum sit, et nobiscum laboret: atque ita qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuceat in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis in facie Christi Jesu.

Faxit autem Deus optimus maximus, Auditores lectissimi, ut sciamus Jesum Christum, et hunc crucifixum, quo uno gloriabatur Apostolus 1. Cor. 2. v. 2. Faxit, et quidem multo magis, ut eum, qua par est, charitate amemus: si quis enim non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema inquit idem Paulus 1. Cor. 16. v. 22. Faxit denique, ut ad præscriptam ab eo normam animum moresque nostros fideliter constanterque exigamus; qui quidem et præcipuus est hujus mysterii finis, et summus erit futuri operis nostri fructus. Apparuit enim gratia Dei salvatoris nostri, ait Apostolus idem ad Tit. 2. v. 11., omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et salvatoris nostri Jesu Christi.

ut opus aggrediamur mysterium abscondit-
tum q.

orandum e.

orandum q. ut Thes. orate sine intermiss.
orate, oportet semper orare, et nunquam
deficere q.

adeamus cum fiducia ad thronum
gratiæ, ut misericordiam consequamur,
et gratiam q.

Nos nostri fructus; humilitas et charitas,

Paul. ad Gal. mihi absit gloriari q.

Non judicavi me scire aliquid inter
vos, nisi Jesum Christum, et hunc
crucifixum q.

mores conformandi; nam apparuit q.

eo fine apparuit Christus q.

Liber 1.

De Incarnationis possibilitate, convenientia, necessitate, et cognitione.

Caput 1.

De erroribus praecipuis contra augustissimum Incarnationis mysterium, tum de summa Fidei catholicae circa illud; ac denique de vocabulis, quibus Scriptura et Patres Incarnationem delinearunt, eorumque notione, et usu. ~

Altissimum sacratissimumque divinae Incarnationis mysterium si suo ponderetur merito et utilitate nostra aestimetur, ejusmodi est pietatis sacramentum, quod omnium mentes in assiduam contemplationem, humillimamque gratiarum actionem trahere deberet. Per illud enim Dei Sapientia Christum sponsorem nostrum loco nostri substituens divino plane consilio effecit, et ut poena ad rigorem divinae justitiae solveretur, atque ita placaretur oblato pro peccatis nostris pretioso Filii sui sanguine, quo nullum dignius pretium esse potest; et ut benignitas ac misericordia Dei in nos abundantius effunderetur: unde mirum in modum impletum est, quod praedixerat David Psalmo 84. v. 11. Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatae sunt. Per illud effecit, ut superbia hominis, quae maximo impedimento est, ne ratio nostris animis [illegible] inhaereat, et ne [illegible] ignominiosus atque depressus ad poenitentiam surgat, redargueretur et sanaretur. Incarnati Verbi humilitatem conspiciens et animadvertens quam longe a Deo recesserit, et quam affici debeat maximo dolore, quando tali Mediatore indiguit, atque qui peccatorum nostrorum expiationem subiit teterrimum crudelissimumque supplicium.

Sed proh mortalium scelus! Cum imbecilla hominum ingenia audacius confidentiusque in illud inquirere, et

ma

Non doleo homo [illegible]
pro anima [illegible]

Qui errores praecipui contra Incarnationis mysterium?

Si hoc mysterium suo merito, et utilitate nostra aestimetur, et admiratio, et gratiarum actio [illegible].

1. [illegible] pro [illegible]
sine sanguinis effusione non fit remissio
in [illegible] misericordia, et veritas

// [illegible]

utilitas nostra propter humilitatem [illegible].

// Leo ser. 1. // Nisi Christus Deus esset non afferret remedium, nisi esset homo, non praeberet exemplum //
Aug. [illegible] // Nec peccatum hominis dimittit ignominiam quia justus est; nec [illegible], quia misericors est.

[illegible] humani generis

Leo [illegible] // Tota in majestate humilitas, tota in humilitate majestas.

Imperfectio luminis in investigandis rebus divinis fecit, ut erroris in eadem, &c.

Ex Scripturis pendebam &c.

Quis tam caecus, qui in ipso mortalis vitae Christi cursu divinitatis radios ubicumque micantes non deprehendit?

Crassi alterius nubes divinitas huma-nitatem illustrabat, et humanitas obiecto crassi velo divinitatem temperabat.

Nascitur quidem pauper in praesepio; at natum annuntiant Angeli, Reges adorant, timet Herodes

Circumciditur &c. sed Jesus idest salvator nominatur, Simeon gratulatur; nunc dimittis

Baptizatur velut homo vulgaris; at vox [illegible] audita est de caelis.

Tamen et sitim patitur: at ipse infinitam multitudinem hominum reficit in deserto

Infirmus fuit, sed infirmos curavit suscitavit mortuos

A militibus comprehenditur: sed eos prius una voce prostravit.

Ligatur, sed [illegible] violentiae [illegible]

Moritur, sed obscuratur sol, [illegible] scinditur, velum templi

Conditur in sepulchro, sed inde [illegible] [illegible]

magnitudinem divinae charitatis, ac potentiae suis tantummodo viribus dimetiri instituerant, factum est, ut idem grande mysterium Judaeis quidem scandalum, gentilibus autem stultitia, haereticis vero lapis offensionis, et ruina multorum evaserit: cum vel eum credere aut non sicut est credunt aut omnino non credunt, ut loquitur Fulgentius lib. 1. ad Trasimundum. // Alii enim, ut testatur Leo Magnus sermone 4. de Nativitate, Christo solam humanitatem, alii solam adscripsere deitatem: alii veram quidem in ipso divinitatem sed carnem dixerunt fuisse simulatam. Alii professi sunt veram eum suscepisse carnem, sed Dei Patris non habuisse naturam; et deitati eius, quae erant humanae substantiae deputantes, majorem sibi Deum minoremque finxerunt; cum gradus in vera divinitate esse non possit; quoniam quidquid Deo minus est, Deus non est. Alii cognoscentes Patris et Filii nullam esse distantiam, quia non poterant unitatem deitatis intelligere nisi in unitate personae, eundem asseruerunt esse Patrem, quem et Filium. Et nasci et nutriri, pati et mori, sepeliri et resurgere ad eundem pertinere qui per omnia et hominis personam impleret, et Verbi. Quidam putaverunt Dominum Jesum Christum non nostrae substantiae corpus habuisse, sed de elementis superioribus et subtilioribus sumptum. Quidam autem existimaverunt in carne Christi humanam animam non fuisse; sed partes animae ipsum Verbi implevisse deitatem, quorum impudentia in hoc transiit, ut animam quidem fuisse in Domino faterentur, et eandem dicerent mente caruisse, quia sufficeret homini sua deitas ad omnia rationis officia. Postremo iidem asserere praesumpserunt, partem quandam Verbi in carnem fuisse conversam, ut in uno dogmatis varietate multiplici non carnis tantum animaeque natura, sed etiam ipsius Verbi solveretur essentia // Videsne quot errorum monstra contra unam Verbi Divini Incarnationem insurrexerint, et quomodo vani atque inter se discordes surrecti homines ita miserè Christum lacerare ac discindere tentaverint, ut nullam in eo partem intactam et integram reliquerint. At vero isti omne crucifixionis ac lacerationis eliminant, eosque terroribus illa ac fulmineo sancti Joannis sententia per-

culit

cedit. Omnis spiritus, qui solvit ~~Christum~~ Jesum ex Deo non est, et hic est antichristus. 1 Joan. 4. v 3

Jam vero ut inter tot errorum flexus ac diverticula rectum iter insistamus, utque et his, quos commemoravimus, et qui post Leonis tempora exorti sunt deinceps, nostraque etiam aetate inter Socinianos praesertim Deistasque grassantur erroribus occurramus, quod institutii nostri ratio postulat, in ipso statim ordinis tractatu fidei catholicae summam, qua Incarnationis mysterium continetur et cui toto adhaeremus animo statuamus. Hanc porro fidei summam vel formulam dilucide ac paucis verbis comprehensam Patres Chalcedonenses in definitione fidei tradiderunt, eandemque paucioribus descripsit symbolum quod sancto Athanasio tribuitur. In hoc ita exhibetur: // est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est. Deus ex substantia Patris ante saecula genitus, et homo ex substantia Matris in saeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit, et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino non confusione substantiae sed unitate personae //.

Quae summa fidei catholicae circa Incarnationis mysterium?

In hac fidei professione accurate expressa est substantia mysterii Incarnationis, omnesque ipsius partes, quas in ipso hujus tractationis aditu ante oculos ponere necesse est, ut hac praelibata cognitione, quae subinde dicenda sunt, facilius intelligantur. Et quidem inde facile ipsam Incarnationis definitionem quisque colligit, quae his verbis cum scholasticis exprimi potest. Unio personalis, seu hypostatica naturae divinae ac humanae in una seu divini persona ex qua unus est Christus dicitur unio, id est distinctorum conjunctio. Revera enim duplex in Christo distincta natura conjungitur, divina scilicet cum humana. Disti-

ex dicta professione constat mysterii substantia et partes cujus Incarnationis definitio.

Unio, ejus definitio, unionis §.

tur

personalis, quia non moralis etc.

Dicitur personalis seu hypostatica, non moralis tantum, non metaphorica, non ex gratia, scilicet, et adoptione aut prae-destinatione, sed ex vera, reali ac physica unione naturae utriusque in una persona, eo fere modo, quo anima unitur cum corpore unione physica et vera, ex qua homo constat.

sicuti anima cum corpore
in una Verbi persona etc. quia
non sunt duae personae, vel
duo Christi.

Dicitur in una Verbi persona ex qua unus est Christus. in hac enim unione personalitas hominis non remanet, sed a persona Verbi suppletur, unde non duae sunt in Christo personae, sed una: nec duo sunt Christi, sed unus ob unitatem scilicet personae Verbi humanitatem assumentis. Atque haec est compendiosa totius nostri mysterii fides ac tractatio, unitas personae, naturarum et proprietatum, quae eas consequuntur, distinctio

Superest de vocabulis
scriptura et Patres In-
carnationem dixerunt; et quae eorum
notio et usus.

Superest quod extremo loco in hoc capite propositum fuerat, ut pauca dicamus de vocabulis, [struck out] quae ad exprimendum hoc mysterium a sacris scriptoribus, sanctisque Ecclesiae Patribus dedicata fuerunt; tum de eorum notione et usu. Qua de re advertendum est, quod mysterium hoc considerari a nobis potest vel ex parte Dei Filium suum mittentis, vel ex parte Filii, qui mittitur, vel ratione nostri, seu beneficiorum quae ex Incarnatione ad nos derivarunt, vel denique ratione sui ipsius. Priori modo consideratum a sacris literis saepe dicitur missio Filii, ut ad Galatas 4. v. 4. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Dicitur Dei dilectio, ut Joannis 3. v. 16. sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret. Dicitur visitatio et redemptio, ut Lucae 1. v. 68. visitavit et fecit redemptionem plebis suae. [illegible] Dicitur a veteribus praesertim Graecis Patribus oeconomia, quo nomine Latini Patres dispensationem vocarunt. Triplici porro de causa a Patribus oeconomiae vox ad Incarnationem significandam translata est. primo scilicet, quod verbum hoc indicat decessionem de jure suo: quam quidem Christus luculentissime probavit. nam vulneratus est propter scelera nostra, oblatus est, quia ipse voluit. secundo quia denotat providam ac sapientem Dei circa mortales hominis administrationem; quam Deus testatam fecit, quoniam Filium suum unigenitum misit in mundum, ut vivamus per eum. Tertio denique quia exprimit beneficentiam ipsius divini Verbi in nos voluntatem

ad vocabula exprimenda observa fideliter
considerari posse etc.
ex parte Dei mittentis etc.
missio Filii
Dei dilectio
visitatio, redemptio.
a Graecis oeconomia, quam Latini dicunt
dispensationem 3. de causis,
1. quia indicat decessionem de jure suo
nam vulneratus etc.
2. quia indicat providam Dei erga nos
administrationem
3. quia exprimit beneficentiam Filii voluntatem

quae

quæ in assumpta humanitate mirifice elucebat; nempe semetipsum exinanivit formam servi accipiens.

Altero modo consideratum Incarnationis mysterium, sive ex parte Filii, qui a Patre mittitur, dicitur primo assumptio seu acceptio, aut apprehensio naturæ scilicet humanæ; ut ad Philip. 2. v. 7. formam servi accipiens; et Hebræor. 2. v. 16. nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Hunc quidem loquendi modum aliquando improbavit ac rejecit Sanctus Cyrillus, quod erroris Nestoriani suspectus foret, maxime cum diceretur, Verbum assumpsisse hominem: qua loquendi ratione innuebatur, Verbum non tantum naturam, sed et personam hominis assumpsisse; unde consequebatur, duas esse in Christo personas, Christum non natura, sed adoptione et gratia Deum esse in quo situs erat Nestorii error. Ceterum hac falsa significatione rejecta, catholico sensu aliquando scripsit idem Cyrillus, a Verbo assumptum hominem fuisse, idest humanam ipsam naturam. Dicitur deinde in scripturis descensus Filii, ut Joannis 6. v. 38. Descendi de Cœlo. Item abbreviatio, ut Isaiæ 10. v. 23. Abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Exinanitio, ut ad Philip. loco superius citato, exinanivit semetipsum. Ac denique ab antiquis Græcis Dei manifestatio et declaratio appellatur, quia per Incarnationem Deus manifestatus est in carne, ut habetur 1. ad Tim. 3. v. 16

observa de Cyrillo.

Tertio modo, seu ratione nostri ac bonorum quæ ex Verbo incarnato in nos defluxerunt, mysterium hoc dicitur habitatio, ut Joannis 1. v. 14. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Dicitur deinde conversatio ut Baruch 3. v. 38. In terris visus est, et cum hominibus conversatus. Hinc Isaiæ 7. v. 14 Christus vocatur Emmanuel; idest interprete S. Matthæo c. 1. v. 23 Nobiscum Deus. Dicitur Instauratio; quia ut habetur Ephes. 1. v. 10. instauravit omnia sive in Cœlo, sive in terra. Ac denique Redemptio ad Ephes. 1. v. 7. In quo habemus Redemptionem per sanguinem ejus.

Ratione nostri et hereticorum

Quarto denique modo, seu ratione sui consideratum ab antiquis Patribus dicitur unio, unitio, unitas, adunitio duarum naturarum, divinæ scilicet et humanæ in unam

ch-

Christi ~~naturam~~ personam. Unionem vero appellat Fulgentius de Incarnatione c. 4, unitionem Leo ~~serm~~ serm. 6 de Nativitate, et iisdem vocat etiam unitatem adunitionem Vigilius lib. 1. contra Eutychen, aliique. Notandum tamen est ~~primo~~, hoc unionis vocabulum, cum apud nonnullos veteres singularitatem potius quam conjunctionem sonaret, utpote cum Sabellianis errorarum ~~et~~ distinctionem in divinitate tollentibus, tum Eutychianis naturas in Christo confundentibus familiare esset, a plerisque Patribus esse in utroque hoc capite rejiciendum. Igitur praeterea est etiam a veteribus Patribus mysterium hoc mixtio, mixtura, admixtio, commixtio, permixtio, [illegible] utriusque in Christo naturae, ut videre est apud Tertullianum, Cyprianum, Augustinum, aliosque. Verum quoniam haec vocabula confusionem quamdam ac mutationem naturarum videri sonarent, [illegible] usque postea [illegible] Eutychiani; idcirco illa a nonnullis rejecta aut non sine legitima interpretatione admissa sunt. A sancto Ambrosio dictum fuit inhumanatio, a Tertulliano, Athanasio, Basilio aliisque vocatum fuit corporatio seu incorporatio. Inter omnia vero vocabula quae adhibita fuerunt omnium aptissimum et communi Theologorum usu consecratum est Incarnatio, quae vox deprompta est ex illis Sancti Joannis verbis: Verbum caro factum est. Utitur hoc nomine Concilium Nicaenum in Symbolo, et incarnatus est; utitur quoque Irenaeus lib. 3. c. 21. Augustinus lib. 10 de Civit. Dei cap. 29. Hieronymus, Cyrillus Alexandrinus, et deinceps fere omnes alii Patres, non quidem ad significandam solius carnis absque anima susceptionem (quod Arianus et Apollinaris dicunt), sed ad exprimendam assumptionem totius humanitatis in Deum. Carnis enim nomine per synecdochen tota et integra intelligitur humanitas more Scripturae Genes. 6. v. 12. Omnis caro corruperat viam suam, et Luca 3. v. 6 videbit omnis caro salutare Dei, id est omnis homo. Est igitur inter omnia Incarnationis nomen respective aptissimum ad significandam veram, intimam, ac hypostaticam unionem naturae utriusque, divinae ac humanae in una Christi persona.

nomina haec placebant Sabellianis, et Eutychianis.

Verbum [illegible] ratio loquendi satis clare.

Incarnatio optimum vocabulum; non significat solius carnis assumptionem

Caput 22.

De Incarnationis possibilitate, ubi verissimum ostenditur, mysterium hoc naturali rationi non adversari, etsi ita illam excedat, ut, seclusa revelatione, positive demonstrari non possit.

Hostes refellendi.

Incarnationem esse possibilem negant, primo Gentiles, quibus illa videtur stultitia; negant deinde Judaei, quibus scandalum etiam est; ac denique Sociniani, qui sunt haereticorum omnium perniciosissimi. Hi non modo Christum esse Deum inficiantur, sed contendunt etiam, Deum nullatenus hominem fieri posse; ut videre est apud Socinum ipsum sectae conditorem in libro de Christi natura, apud Wolzelium lib. 5, et Crelium lib. 1. de uno Deo Patre aliosque. Contra hos omnes opportunissimum est monitum illud, quo sanctus Augustinus lib. 10. de Civ. Dei c. 29. Platonicos Philosophos est allocutus; nimirum humilitate opus esse, ut credatur Deum assumpsisse humanam carnem, ut catholica fides nobis credendum proponit. // Quid enim causa est, inquiebat ille, cur .. christiani esse nolitis, nisi quia Christus humiliter venit, et vos superbi estis? .. quod iterum dico: Christus humilis est, vos superbi // Nos itaque ut eorum occurramus audaciae, atque varias eorum argutias refellamus, ostendemus imprimis divinae Incarnationis mysterium rectae rationi hullatenus adversari; ex quo patebit, quam maligne et insulse se gerant dum illud impossibile esse jactant. Quod ubi postremo statuemus deinde, mysterium hoc adeo supra naturalem rationem positum esse, ut seclusa divina revelatione nullo positivo argumento possit evidenter demonstrari.

Sociniani per modo negant Xtum esse Deum; sed q.

contra hos.

monitum Aug.: humilitate opus esse ut credatur Deum assumpsisse ... unde si Platonicos ... Quid enim ... captivandus intellectus in obsequium fidei; fides est credere quod non vides non pluquam quod te superat.

homine si error est q.

Propos. 1.

Divinae Incarnationis mysterium rectae rationi non adversatur adeoque inconsultissimi et imperiti sunt, qui illud Deo impossibile esse jactant

Prob. primo. Illud rectae rationi non adversatur, adeoque impossibile deputari non debet, quod nullam apertam repugnantiam aut contradictionem involvit; etsi arduum et impossibile sit apud homines; ut enim dicitur Lucae 18 27.

Luc. 18, Princeps ... respondit ... omnia quaecumque habes, vende et da pauperibus. contristatus est dives ... Xtus ... quam difficile qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum dei? et dixerunt qui audiebant: Et quis ... et dixit, quae impossibilia sunt;

omnipotens sermo tuus

nec allatum, nec unquam afferetur argm.
quod repugnantiam ostendat &.

= missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem
Galilaeae, cui nomen Nazareth ad Virginem
desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de
domo David, et nomen Virginis Maria..
Ave gratia plena, Dominus tecum..
ecce concipies in utero et paries filium et
vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus
et filius Altissimi vocabitur.
Dixit Maria: quomodo fiet istud.
Ang.: Spiritus S. superveniet in te &.
et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa
concepit filium in senectute sua &.
quia non erit impossibile

/. Sicut myst. Trinitatis
eadem natura divina in Patre ut
generante, in Filio ut genito.
Affert similitudinem unionis animae
cum corpore,
etsi enim sint natura diversa,
et anima nobilior &. Object. 1.

//

Opp. arg. ex immutabilitate Verbi &

Sed mutaretur nat. humanam
assumendo per substantialem
unionem &.
Prob. is mutatur qui incipit se
aliter habere,
Prob. coepit in tempore intrinsecus.
unio humanitatis

Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum:
atqui nulla est repugnantia aut contradictio, quod Verbum
divinum sibi copulet arctissimo et indissolubili vinculo natu-
ram humanam. nullum quippe hactenus allatum est, aut
afferri potest argumentum, quo ostendatur, hoc ineffabile
divinae bonitatis mysterium rectae sanaeque rationi repugna-
re: ergo &. Hoc ipso argumento usus est Archangelus
Gabriel, quando beatae Mariae Virgini arcanum hoc mysterium
ad credendum proposuit, inquiens Lucae 1. v. 37. Quia non
erit impossibile apud Deum omne verbum.

Prob. 2do. Rectae rationi non repugnat, plures personas in
una eademque numero natura inveniri, quemadmodum
de sanctissimae Trinitatis mysterio aperte demonstravimus:
neque igitur repugnabit duas naturas, divinam et humanam
in una persona conjungi. Accedit, quod aliquam hujus
mysterii similitudinem, tametsi longissime distantem, nobis
suppeditat conjunctio animae cum corpore ad individuum
hominem constituendum: quamvis enim anima sit natura
a corpore omnino diversa, utpote spiritualis; potuit tamen
divina omnipotentia ita utrumque conjungere, ut una in-
de resultaret humana natura: pari ergo ratione potuit
Deus naturam humanam sibi tam arcte copulare, ut u-
nicum exurgeret suppositum divinum in duabus naturis sub-
sistens: unde neque imprudentissimi ac imperiti sunt, qui
illud inficiantur.

Sed audiamus adversarios qui opponunt impiorum argumen-
ta ex immutabilitate Verbi desumpta. Certum est inquiunt,
ratione et fide, Verbum mutationi intrinsecae obnoxium non
esse: de seipso enim Deus sic loquitur Malachiae 3. v. 6.
Ego Dominus, et non mutor: et Numerorum 23. Moyses ait:
Non est Deus quasi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis,
ut mutetur. Et Chrysostomus Homil. 10. in cap. 1. Joannis.
= Longe, inquit, ab immortali natura est transmutatio //
atqui Verbum mutaretur intrinsecus naturam humanam
per substantialem unionem assumendo: ergo &. Minor proba-
tur. Is vere intrinsecus mutatur, qui incipit se aliter ha-
bere: sed Verbum per Incarnationem se aliter habere co-
pit, quam fuerit a principio: ergo &. Minor probatur:

ca-

cepisset enim in tempore intrinsecus unum humanitati et substantialiter esse homo; quod antea non erat.

Resp.

Concedo majorem, nego minorem. Ad probationem distinguo majorem. qui incipit se aliter habere intrinsecus, internum suum statum in melius vel deterius commutando, is revera intrinsecus mutatur, concedo majorem. qui incipit se aliter habere extrinsecus, sine interni sui status mutatione, intrinsecus mutatur, nego majorem; et sic distinc in minore nego consequentiam. Ad minoris probationem distinguo antecedens. Cepisset intrinsecus unum humanitati et substantialiter esse homo, tanquam purus terminus humanitatem terminans, ultimo complens et perficiens, concedo antecedens: tanquam subjectum physicum quod unione vel humanitate quasi propria forma perficiatur nego antecedens et consequentiam. Ut enim alicui aliqua intrinseca mutatio accedat non sufficit ut nova denominatio quaedam accedat; sed requiritur ut nova hac denominatione subjectum quasi nova quadam forma perficiatur ut in meliorem vel deteriorem statum mutetur novam aliquam perfectionem acquirendo vel jam habitam amittendo. Porro Verbum nec vices subjecti agit ratione unionis, quasi ratione propria forma, neque ex ejus conjunctione perfectionem mutuatur cum omnem possibilem perfectionem in sese eminenter contineat, nec perfectionis cujusquam jacturam patitur: quod enim Verbum proprium sibi habuit unitione humanitatis non perdidit. // Nam ut habet Augustinus, homo quidem Deo accessit; non Deus a se recessit //.

Inst. 1.

Nova denominatio intrinseca non accedit citra aliquam mutationem: atqui si Verbum intrinsece factum est homo nova sine dubio ei accessit haec hominis intrinseca denominatio: ergo &.

Resp.

Distinguo majorem. Citra mutationem non contingit nova denominatio petita ex receptione novae cujusdam formae ut cum homo ex ignaro fit doctus concedo majorem; petita duntaxat ex natura cujusdam distincta et integra conjunctione, subdistinguo: si ex illa conjunctione exurgat in eo quod conjungitur nova quaedam perfectio, concedo; secus nego majorem. Et similiter distincta minore, nego consequentiam.

Inst.

Solv. mutatur qui incipit se aliter habere intrinsecus internum suum statum mutando in melius vel deterius concedo, qui se aliter habere extrinsecus sine mutatione sui status nego.

Distinguo

cepisset intrinsecus unire et esse homo tanquam purus terminus c.

non tanquam subjectum physicum quod humanitate quasi propria forma perficiatur &.

Ad probationem perfectiones acquirendo vel amittendo,
eminenter continet omnia

Absque Augustinum.

Distinguo. petita ex receptione novae formae. concedo
ex denominatione distinctionem sub.
: : : similiter &.

Inst. 2 Quando corpus et anima simul conjunguntur, non modo corpus, quod anima perficitur, tunc censetur mutari; sed etiam ipsa anima, quae corpus perficit. ergo pari jure Deus, quando cum natura humana conjungitur, etsi illam perficiat, nihilominus mutari censendus est.

Resp. Nego conseqᵐ et paritatem. Discrimen est, quod corpus et anima sint ex natura sua partes ejusdem totius: cum ejusmodi partes semper invicem uniuntur, sese mutuo complent, ac perficiunt: nimirum quamvis anima, quatenus est spiritualis et forma corporis perficiat quod materia locum habet in homine; quatenus tamen est pars, per illam conjunctionem perficitur et completur. At vero non ita se habent divinitas et humanitas in Christo. sunt enim integrae in sese naturae, nec una alterius consortium postulat.

Margin: Nego conseq. et paritatem
corpus et anima sunt partes ejusdem totius
Etsi anima ut forma corpus perficit, ut pars ab ipso perficitur.
Non sic in Christo q.

Inst. 3 Sed inquiunt humanitas et divinitas confluunt in unum idemque compositum, ideoque ipsius partes dicuntur: ergo non minus quam anima et corpus in homine, censendae sunt mutationi obnoxiae q.

Resp. Distinguo ant. Confluunt in unum idemque compositum in ratione suppositi seu personae, ideoque dicuntur partes improprie, concedo; in unum idemque compositum in ratione naturae, ideoque dicuntur proprie partes, quales sunt corpus, et anima, nego ant. et conseqᵐ

Margin: Dist. confluunt in idem compositum in ratione personae
non in ratione naturae

Inst. 4. Si Deus creata cognitione cognosceret, quod antea non cognoscebat, vel subsisteret subsistentia duntaxat creata, profecto mutaretur intrinsecus: ergo si uniretur etiam intrinsecus unione creata revera mutaretur

Resp. Concedo ant., et nego conseqᵐ. Discrimen suggerit Doctor Angelicus lib. 1 contra Gentes c. 3 si enim Deus cognitione creata de novo quidpiam cognosceret, cognosceret hoc ipso cognitione non comprehensiva, licet cognitione comprehensiva cognoscere natura sua exigat, in deterius proinde mutaretur. Eadem ratione si subsisteret subsistentia creata, subsisteret per negationem cujusvis alterius subsistentiae, atque ita subsistentiam positivam, quae omnem subjectionem et dependentiam essentia sua excludit, amitteret et sic natura divina prorsus labefactaretur. Ex unione autem Verbi cum natura humana nullam Deus perfectionis suarum jacturam facit, nec in deterius mutatur.

Margin: Dist. non tragice

Margin: ex unione Verbi nulla jactura perfectionis,

Object. 5. Opponunt sibi argumenta, quae depromunt ex natura humanae conditione et divinae. Posita Incarnatione, natura Christi

Margin: Opp. ex natura hum. conditione

hum

humana careret propria subsistentia. hoc est impossibile. ergo &c.
Minor probatur tum quia subsistentia seu persona humana est juxta Boetium natura rationalis individua substantia, adeoque a natura rationali inseparabilis, tum quia subsistentia non distinguitur realiter a natura. Resp.

Concedo majorem, nego minorem. Ad probationem distinguo primam partem. Persona est naturae rationalis individua substantia, i.e. est totum aliquod alteri supposito incommunicabile, concedo: est praecise quaedam substantia singularis ab aliis realiter distincta, nego hanc partem. Consequentia non est natura singularis cum natura subsistente, ut patet ex institutionibus ontologiae; non enim iisdem notionibus exprimuntur. Naturae singularis notio sola objecti completa determinatione absolvitur: notio autem personae communicationem ulteriorem cum altera quavis natura, a qua pendeat, excludit. Vox igitur individua in definitione Boetii posita non significat determinationem illam, per quam substantia naturae rationalis evadit singularis, sed eam affectionem, per quam substantia ejusmodi fit sui juris, et alteri tanquam supposito incommunicabilis.
Distinguo etiam 2dam partem. Subsistentia non distinguitur a natura tanquam res a re, concedo; tanquam ~~modus~~ modus a re, nego hanc alteram partem. Quemadmodum igitur res singularis sine peculiari aliquo determinato modo, cujus est capax v. gr. cera sine rotunditate, ita natura existere potest absque propria subsistentia et communem subsistentiam sortiri cum alia natura, ut perspicuum fit in homine, in quo rationalis substantia non propria, sed totius compositi subsistentia subsistit.

Inst. 1

Natura humana in Christo esset integra: ergo peculiare quoddam totum ipsa per se constitueret, non secus ac Verbum, atque per se subsisteret quemadmodum et Verbum.
Resp.
Concedo antecedens, et nego consequentiam. Aliud enim est naturam esse integram ac totam; aliud est totum quoddam peculiare constituere. Totum aliquod peculiare est Verbum Divinum, quod cum per sese subsistat, utpote absolutum, et alteri nulla ratione subjectum sui juris est, naturamque simul et personam praefert. Natura vero humana in Christo in unitatem

sup.

natura careret subsistentia propria
[illegible]

Solv.
distinguo primam partem.
Persona est &c.
est substantia singularis
ab aliis distincta. nego

natura singularis non confundenda
cum natura subsistente.
natura singularis absolvitur per
completam determinationem objecti;
Persona excludit communicationem
cum altera natura, a qua pendeat
vox individua non denotat naturam
singularem, sed affectionem per
quam substantia ejusmodi fit sui juris
&c.
subsistentia non distinguitur a natura &c.
tanquam res a re concedo,
tanquam modus nego
sicut res singularis, ut cera sine
rotunditate, sic natura sine propria
persona
ut anima subsistit in homine.

Solv.
aliud naturam esse integram
aliud esse peculiare totum &c.
Verbum est totum quoddam
per [illegible]
quod est terminus suppositi
divini

suppositi a Verbo assumpta terminus duntaxat est suppositi non totum; nec sui, sed alieni juris, scilicet Verbi, cujus subsistentia re ipsa subsistit.

Inst. 2 Natura humana Christi ita fuit perfecta, ut nulla destitueretur perfectione. sed subsistentia est quaedam naturae perfectio. ergo nec hac quidem destituebatur.

Resp. Distinguo majorem. Nulla destituebatur perfectione essentiali, et quae per aliam nobiliorem suppleri non possit, concedo majorem; non essentiali, et quae per aliam nobiliorem suppleri possit, nego majorem. Distinguo etiam minorem. subsistentia est quaedam naturae perfectio non essentialis, et quae per aliam nobiliorem suppleri possit, concedo; est perfectio essentialis, et quae per aliam nobiliorem suppleri non possit, nego minorem, et conseq. Natura humana in Christo essentiales suas perfectiones omnes habet; quod si vero quadam non essentiali careat, ea per nobiliorem compensatur. subsistentia enim humana per divinam suppletur.

Distinguo
natura hu. Xti perfecta per perfectiones essentiales.
subsistentia perfectio non essentialis et quae suppleri potest

Inst. 3. Verbum incarnatione assumpsisset hominem: sed homo est persona: ergo assumpsisset personam; proindeque non unus esset Christus, sed duae personae, quod est Nestorianum.

Resp. Distinguo majorem. Assumpsisset hominem, idest naturam humanam non subsistentem subsistentia propria, concedo majorem, assumpsisset hominem jam re ipsa subsistentem, seu personam, nego majorem. Distinguo etiam minorem. sed homo est persona, si sumatur pro natura humana per se subsistente, et sui juris, concedo minorem; si sumatur pro natura humana non subsistente, nec sui, sed alieni juris, nego minorem, et conseq.

Disting. min. Homo est persona si sumatur pro natura humana per se subsistente et sui juris

Inst. 4. Non magis natura quaepiam potest aliena subsistentia subsistere, quam existere aliena existentia: atqui absurdum est aliquid aliena existentia existere: ergo.

Resp. Nego majorem, et paritatem. Quia nimirum existentia est primus rei modus, ab ipsa non distinctus, ipsique necessario unitus. Est enim id, per quod res aliqua est extra nihil. Si ergo suam illa non haberet existentiam, esset simul et non esset, quae duo inter se pugnant. At vero subsistentia est modus secundarius rei quo illa res ita in se est, ut in alio supposito non sit, quo subsistat, qui modus est separabilis. Non enim repugnat aliquid esse, et in alio esse.

Neg. conseq. et paritatem
qui existentia est primus rei modus

Object. 5 Opponunt ~~ex~~ ratio argumenta, quae ex utriusque naturae nexu occurrunt. Quia infinito intervallo distant ea non

pos-

possunt semen univi: atqui Verbum et humanitas infinito intervallo a se mutuo distant ergo &c. Major constat ex pervulgato axiomate: finiti ad infinitum nulla est proportio.

Distinguo majorem. si nulla sit inter illa proportio, concedo. si quaedam sit proportio, nego majorem; et similiter distincta minore nego conseq^{am}. est porro quaedam naturam humanam inter et Deum hac in parte proportio. Natura enim humana id habet, quod assumi queat in personae alterius communionem: Deus autem vim habet infinitam ad eam assumendam. Non minus ergo potest Deus cum homine conjungi, quam ab ipso cognosci ut in se est, et possideri. Nec adductum axioma accommodate opponitur, licet enim finiti ad infinitum nulla sit proportio mathematica et ratione entitatis; datur tamen proportio habitudinis, et unionis, ut patet exemplo animae et corporis creaturae et creatoris. Proportio mathematica in eo sita est, quod quantitas una aliquoties sumpta exaequet alteram: patet ergo hic locum non habere ejusmodi proportionem. Habitudinis et unionis proportio in eo consistit, quod unum idoneum sit quod ab altero perficiatur vel quod cum altero uniatur. Quam quidem proportionem reperiri inter naturam divinam et humanam perperam infitiantur Sociniani.

Ex unione Verbi cum natura humana oritur proprietatum reciproca utriusque naturae communio et praedicatio, sed hinc non ea consequuntur quae sophistae non possunt - primo enim unum atque idem suppositum foret simul immensum et loco circumscriptum: finitum et infinitum; mortale et immortale. Deus et homo. deinde revera dici posset: Divinitas nascitur, patitur moritur. humanitas est immensa aeterna, ac immortalis ergo &c.

Concedo majorem, nego minorem. Ad primam confirmationem respondeo, absurdum non esse ut praedicata diversa imo et opposita in uno eodemque supposito ratione diversarum partium, vel terminorum enuntientur ut in humano supposito manifestum est. Homo namque secundum animam spiritualis et immortalis, secundum corpus mortalis et corporeus est. Cur non pariter et Christus, quia Deus infinitus, et immortalis, quia homo finitus et mortalis dicatur?

Ad alteram confirmationem quod attinet ut rite dissolvatur

dicen-

folio si nulla sit proportio concedo, si non nego

sicut potest homo a deo cognosci et possideri, sic assumi

nec valet axioma;

nam est proportio habitudinis

assumendi

secundum diversas respectus non secundum diversa, radicali ut in homine (

sic christus

communicatio idiomatum.
in concreto, non
in abstracto.

adversarium est, communicationem idiomatum non in abstracto, sed in concreto tantummodo ratione unionis ejusdemque suppositi fieri posse, ut docent omnes Theologi. Non igitur Christi humanitas æterna immensa et immortalis dici potest, sed Christus verus homo æternus immensus et immortalis ratione naturæ divinæ merito appellatur.

Inst. 2. Quemadmodum Christus in concreto dicitur mortalis mutationi obnoxius ratione naturæ humanæ, ita recte et peccator dici potest; quod repugnat. Deinde natura humana subsistentia Verbi subsistens deberet esse ubique, sicut Verbum ubique existit; et vicissim Verbum non secus atque anima humana de loco in locum migrare; quod pariter absurdum est. Ergo.

Resp. Ad primum respondeo, Verbum non vitia humanæ naturæ sed proprietates aut etiam naturales defectus, qui ad Redemptionis opus rite absolvendum requirebantur, assumpsisse. Etsi igitur Christus et finitus et mortalis et mutationi obnoxius ratione humanæ naturæ recte dicatur; absit tamen ut eum peccatorem dicamus, qui ut peccata mundi tolleret factus est homo.

Quod isto loco exponitur, alibi accuratius dissolvetur. ~~[illegible]~~ Illud hic meminisse sufficiat, naturam humanam a Verbo non terminari in omni loco, sed ibi solum ubi est humanitas. Quamvis igitur Verbum sit ubique præsens, non tamen et humanitas immensa dici potest. Ex quo illud etiam consequitur, translata de loco in locum Christi humanitate, Verbum non moveri. Utriusque veritatis ~~contra~~ similitudo aliqua habetur in homine; cujus anima juxta recentiores Philosophos non est, sed totum corpus diffusa et tamen physice ibi unitur; neque, ex pedis aut brachii motum eam de uno loco in alium transferri necesse est.

After scamblen anima ?

Propos. 2. Incarnationis mysterium adeo rationem naturalem excedit, ut, secluta revelatione, nullo positivo ac evidenti argumento demonstrari possit.

ipsius
ex mysteriorum altitudine et profunditate nostra in eadem ~~mysteria~~ reverentia et [illegible] crescit. [illegible] nostrum incarnationis mysterium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Probatur imo ex sacris litteris, quæ diserte asserunt mysterium hoc non modo fuisse semper absconditum sed etiam esse investigabile et citra revelationem non innotescere. Legimus enim ad Colossenses 1. v. 26. Mysterium quod absconditum fuit a sæculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divi-

Prob. 1 enim [illegible] [illegible] non modo absconditum sed investigabile [illegible] et citra revelationem non innotescere.

Paulus ad Coloss., Cor., et Ephes.

cinitas gloria sacramenti hujus in gentibus quod est Chri-
stus. Ad Cor. 1. cap. 2. v. 7. de Christi Incarnatione loquens
Apostolus; loquimur, inquit, Dei sapientiam in mysterio
quae abscondita est, quam nemo principum hujus saeculi
cognovit. Et ad Ephes. 3 v. 8. Mihi omnium sanctorum
minimo, inquit, data est gratia haec in gentibus evangeli-
zare investigabiles divitias Christi et illuminare omnes,
quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo.
Denique Matthaei 16. v. 17. cum Petrus a Christo interro-
gatus confessus esset, Christum esse Filium Dei vivi, Deum
scilicet incarnatum, respondit Christus: Beatus es Simon
Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi,
sed Pater meus qui in caelis est. Ergo &c.

Prob. 2do ex sanctis Patribus. Athanasius in libro de uno
Christo hunc esse omnium errorum contra Incarnationis
mysterium, fontem pronunciat // Quod temerarii homines
suis ratiocinationibus, et graeca Philosophia ope summa et
incomprehensa, percipere contendant, potius quam fide con-
sequi //. Chrysostomus, Homil. 4. in Matthaeum in eos
declamans, qui rationis beneficio hoc mysterium conantur
assequi // Cunctum excedunt furoris, inquit, qui ineffabi-
lem illam generationem Dei hominis, vel cogitationibus
investigari putant vel vocibus indicari //. Ambrosius lib.
4. de fide c. 1. // Quid mirum, inquit, si mysterium
veritatis et Domini nostri Jesu Christi, in quo sunt o-
mnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, per sa-
pientiam mundi non potuerunt homines comprehendere
quod nec Angeli cognoscere nisi revelatione potuerunt //.
Augustinus epist. 137. ad Volusianum n. 8. de hoc
mysterio ex professo agens: // Hic si ratio quaeritur, inquit,
non erit mirabile; si exemplum poscitur non erit sin-
gulare. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur
investigare non posse: in talibus rebus tota ratio facti est
potentia facientis //. Denique Cyrillus Alexandrinus lib.
3 contra Nestorium; // Illud Christi mysterium, inquit, est
revera sapientia, nec humana quidem ullo modo sed di-
vina potius, in reconditis quibusdam profunditatibus et

incom.

Matth. 16.
venit Jesus in partes Caesareae Philippi
et interrogabat discipulos suos dicens: quem
dicunt homines esse Filium hominis: at
illi dixerunt: alii Jo. Baptistam. alii Eliam,
alii Jeremiam aut unum ex Prophetis.
Vos autem, quem me esse dicitis

Prob. ex PP. qui [illegible]
[illegible].
Athanasius

Chrysost. declamans c. [illegible]
et [illegible] vocat.

Ambr. non modo non posse homines,
sed nec Angelos.

Aug. ex professo de hoc agens.

Cyrillus Alex. vocat [illegible]
divinam arcanam et reconditam
non humanam

Hinc Ephesini Patres concludunt

incomprehensibus difficultatibus posita, quae ingenii humani captum superet //. Quamobrem Concilii Ephesini Patres recte pronunciarunt // Verbum copulasse sibi naturam humanam modo inexplicabili, et ineffabili deitatis et humanitatis, in unam conventione.

Proba ex triplici ratione q.

Prob. 3tio ex triplici ratione theologica; quarum prima est quod duplex sit tantum demonstrationis genus, a priori scilicet per causas necessario connexas, et a posteriori, per effectus. Sed Incarnatio non demonstratur a priori per causas, sola enim ejus causa est Dei potentia ac voluntas liberrima, ut ajebat mox laudatus S. Augustinus // in talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis //. Non potest demonstrari a posteriori per effectus naturales ejusdem; nam opera Christi naturalia, perpessiones, mors, et alia id genus ne dum demonstrare nequeant Incarnationis mysterium efficerunt contra ut Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitia videretur. Non denique per effectus supernaturales p[r]ocise: hi enim ostendere quidem possunt hominem a Deo missum ejusque virtute operantem, sed non necessario postulant Deum incarnatum; cum non minora facta sint ab Apostolis eorumque successoribus, quam Christo, ~~ergo~~ prodigia: ergo q.

Non a priori, quia causa est solo Dei potentia et [illegible] modo [illegible] q.

Non a posteriori, quia effectus vel naturales, vel supernaturales q.

Ratio 2. quia nihil simile in natura occurrit; unde q.

Secunda est, quod in rerum natura nihil omnino simile occurrat Incarnationi. Quocirca ratio sibi permissa non modo mysterium illud non detegeret, sed ne in ejus quidem suspicionem veniret.

Rat. 3. quia ut constat ex praecedenti, tot et tantis [illegible] circumseptum q.

Qui capiat 2.

3tia denique est, quod mysterium istud adeo est mirabile, ac tot difficultatibus circumseptum, sit ex praecedenti Propositione constat, ut homo fidei lumine destitutus solo rationis ductu nunquam ex his ambagibus sese sit expediturus et in errorem potius inclinaturus sit, quam in veritatem. Quis enim capiat, quo pacto citra ullam mutationem Deus fiat homo? Qua ratione citra imperfectionem natura divina cum creata in ad unam compositum constituendum concurrat? Quomodo natura suam non habeat subsistentiam? Qui fiat ut ex duabus integris naturis una exurgat persona q.? ergo q.

Adde 4. ex natura fidei, quae cum ex sese obscura sit ac inevidens sub demonstrationem cadere non potest; quia vel a priori ex causis; vel a posteriori ex effectibus Objic. 1.

Nihil positive seclusa revelatione demonstrari potest possibile, quod demonstratur non esse impossibile atqui in praecedenti

5m.

si Propositione etiam seclusa revelatione demonstratum a nobis est, mysterium Incarnationis non esse impossibile. ergo

Distinguo majorem. Illud seclusa revelatione positive demonstratur possibile, quod citra revelationem positive demonstratur non esse impossibile concedo, quod negative solum demonstratur non esse impossibile, nego majorem. Et similiter distincta minore, nego consequentiam. Ut positive demonstretur aliquid non esse impossibile, necesse oportet certa et evidentia argumenta, quibus ostendatur nullam in eo esse repugnantiam. Ut vero aliquid negative tantum demonstretur non esse impossibile, satis est, si probabiliter respondeatur adversariis impossibilitatem demonstrare conantibus, et si non sine aliqua veri specie difficultates solvantur, quae contra opponuntur. Hoc posteriori duntaxat modo in praecedenti propositione nos citra revelationem ostendimus Incarnationis mysterium non esse impossibile; proindeque inde colligi non potest, quod seclusa revelatione mysterium hoc demonstrari possit possibile

Distinguitur demonstratio positiva et negativa

ad demonstr. positivam requiruntur certa et evid. argumenta quo nulla sit repugnantia

Ad negativam sufficit probabiliter adversariis respondere et si cum aliqua veri specie

in praecedenti propos. negative demonstravimus

Object. 1.

Patres Incarnationis possibilitatem obviis et captu facillimis similitudinibus comprobant, ut auctor symboli Athanasiani exemplo corporis et animae: Theodoretus exemplo rami in arborem insiti. Basilius ferri candentis, quod cum igne in unum conflari videtur. Augustinus denique lib. 1 de Doctrina christiana c. 13 exemplo vocis humanae, quae est mentis cogitatio sono vestita mysterium incarnati Verbi explicat: ergo

Resp. exempla et similitudines tamen

Resp.

Distinguo antecedens. Comprobant probabiliter tantum suadendo et illustrando, concedo antecedens. comprobant evidenter demonstrando nego antecedens, et consequentiam. Neque Patrum his, aliisque similibus exemplis mentem magnam fuit, ut demonstrare efficaciter et evidenter Incarnationis mysterium, quod ipsimet fieri non posse fatentur sed posita revelatione quivis videt utcumque illis similitudinibus illustrare, et quacumque ratione suadere.

Resp. Patres illustrant et suadent non probant ita, sed revelatione posita mysteria illuminant,

Object. 3

Evidens et exploratum est Deum esse omnipotentem proindeque facere posse quidquid non repugnat. atqui mysterium Incarnationis non repugnat ergo &.

Resp.

Distinguo minorem. Non repugnat Incarnationis myste-

rium

Dist. non repugnat sed id ... seclusa rev. non ...

rium, idque naturali ratione proxime, et in se intelligitur, nego minorem: idque intelligitur rationibus extraneis, et praecise ex Dei testimonio, ex quo revera peractum fuisse intelligimus, concedo minorem, et cum eadem adjunctione conseq.^m

Objec. 4. Miracula Christi certo et evidenter ostendebant, ipsum esse Deum, proindeque Deum esse incarnatum: Christus enim ipse Joannis 10. v. 25 inquit <u>Opera quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibent de me</u>. Et v. 38 <u>Si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis quia Pater in me est, et ego in Patre</u>. Quod etiam sentiunt Patres, Athanasius in libro de humanitate Verbi, Cyrillus lib. 8. contra Julianum, et cum iis S. Thomas 3. p. q. 43. 44 et alii. Sed haec sola ratione duce poterant cognosci. ergo sola etiam ratione demonstrari poterat Deum esse incarnatum.

Resp. Distinguo majorem. Miracula certo et evidenter ostendebant ipsum esse Deum, quatenus conjungebantur cum ejusdem Christi testimonio hac eadem miracula in Divinitatis suae argumentum patrantis, concedo: quatenus in se praecise spectabantur, ut Christi effectus, nego majorem. Absit igitur ut negemus, Christi Divinitatem certo et evidenter colligi ex ipsius miraculis, quatenus ab ipso edita sunt, ut se Deum esse doceret. Non potest enim non esse verum, quod ex protesto miraculis asseritur: alias Deus ipse, cujus potentia et auctoritate miracula fiunt, nos in errorem induceret. Sed tamen miracula ipsa, si praecise in se considerentur, ut erant effectus Christi, et ab ejus testimonio sejungantur, non poterant evidenter ejus Divinitatem astruere; cum ab alio, quam a Deo incarnato miracula fieri possint, et saepenumero facta sint. Illa itaque evidentia non est rei in se, sed in testificante ut loquuntur Theologi; oritur enim ex assertione et testimonio ipsius Christi: proindeque Incarnationis mysterium non solius naturae luminis, sed revelationis beneficio demonstratur.

> Dist. miracula quatenus conjunguntur cum testimonio Xti probabant, non praecise ut miracula
>
> adjicit quidem ;
>
> sed

Inst. At inquiunt, Angeli saltem, seclusa revelatione, Incarnationis mysterium cognoscere possunt; ii enim comprehendunt naturam humanam hoc est illam cognoscunt secundum omnes modos, quibus potest existere, proindeque intelligunt subsistere posse per subsistentiam Verbi, si is modus sit possibilis: ergo &c.

Resp. Nego antecedens. Ad ejus confirmationem cum distinctione respondeo. Angeli comprehendunt naturam humanam

idest

idest illam cognoscunt secundum modos omnes naturales, quibus potest subsistere, concedo: secundum modos supernaturales, et obedientiales, nego. Ratio est, quia si Angelus posset naturaliter cognoscere modos omnes obedientiales, (ut loquuntur) quibus humana natura potest existere comprehenderet ipsam divinam omnipotentiam: siquidem divinam omnipotentiam comprehendere non est aliud quam cognoscere ea omnia, quae Deus potest in creaturis operari. Cum ergo modus subsistendi in Verbo non sit humanae naturae connaturalis, sed supernaturalis et obedientialis, ex eo quod Angelus humanam naturam comprehendat, non sequitur eum posse, sed sola revelatione Incarnationem cognoscere. Hinc Ambrosius supra citatus lib. 4 de Fide ajebat: // Mysterium veritatis, et Domini nostri Jesu Christi nec Angeli cognoscere nisi revelatione potuerunt //.

Caput XXI.

De Incarnationis convenientia: qua de re congruae afferuntur rationes cur Deo, ideoque ipsi prae alia quavis creatura; Verbo autem divino prae ceteris duabus Trinitatis Personis eo modo ~~[illegible]~~, quo peracta est generis humani reparatio competeret.

Quamquam Deus ut habet Augustinus, ita est artifex magnus in magnis, ut minor non sit in parvis, quae parva non sua granditate, nam nulla est, sed artificis sapientia metienda sunt; tamen quae in minimis quibusque Dei operibus eximia sapientiae ratio constat, eam apparere multo illustriorem in maximis, nemo dubitavit. Quamobrem cum omnium divinorum operum illud sit facile princeps, communicata scilicet cum homine divinitas, et humanae naturae in eandem Verbi personam assumptio: consequens est, eam non sine summa et convenientissima ratione susceptam et administratam fuisse. Idcirco quemadmodum ita sit, tam utile est patefacere hominibus, quorum judiciis adeo indigna visa est, ut Judaei, Gentiles, et ipsi haeretici nulli rei perinde

sque

Angeli cognoscunt naturam humanam secundum modos naturales, non superg. et obedientiales
seu comprehenderent ipsam divinam omnipotentiam

Hinc Ambrosius negat.

cuius contentum
[illegible]

Quaestiones [illegible]

parva Dei.
quae minus explicant
ipsius sapientiam [illegible]
tamen in operibus maximis
magis elucet.
modo in Incarnatione
in qua cum homine communicavit
divinitatem
et homo divinae consors factus
est naturae
[illegible]
humanae injuriae [illegible]

atque ipsi merint adversati; quam ejus inventori et artifici Deo gloriosum, cujus perfectiones ea ratione mirifice illustrantur. Missis porro iis rationibus quae ad ipsam Incarnationis finalem causam commoditatemque referuntur, eas duntaxat praesenti capite persequemur, quibus aperitur, cur Deo eique, pro alia quam creatura convenient fuerit humanum genus redimere: cur de tribus sanctae Trinitatis Personis unam decuerit incarnari Verbum: cur denique eo modo et tempore, quo novimus, idem Incarnationis mysterium peragi oportuerit. Sit itaque primo:

: Incarnatio Verbi Deo maxime conveniens est

Probatur primo ex scripturis. Namque illud maxime Deo conveniens est, quo magis in modum proxima illius perfectiones manifestantur; ut enim docet Augustinus lib. 11 Confessionum c. 2. // omnis creatura operatur ut bona sit, seu ut acquirat vel conservet perfectionem: Deus autem, quia bonus est, non mulius agat, ut alius perfectionem communicet et manifestet //: sed Verbi Incarnatione proxima Dei perfectiones, praesertim vero bonitas, justitia, sapientia et potentia, mirum in modum elucent. ergo &c.

Minor probatur et primo quidem summam Dei bonitatem et misericordiam in hoc mysterio elucere, ex innumeris scripturae locis colligitur; cujusmodi est illud Joannis 3 v. 16 Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret. et ejusdem epist. 1. c. 4. v. 9. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus, ut vivamus per eum: item divi Pauli ad Titum 2. v. 11. Apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos et cap. 3 v. 4. benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri Dei. et, quae si, ut ait Christus Joannis 15 v. 13. majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis; quanta est Dei benignitas, qui pro impiis et inimicis Filium suum tradidit? unde de Christo ad Rom. 5 v. 6. ait. Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est.* Quam quidem bonitatem expendens S. Leo serm. 2. de Nativitate. // Semper quidem, ait, diversis modis multisque mensuris humano generi bonitas divina consuluit...

Potestas incarnationem
utile nobis
gloriosum Deo, quia manifestantur divinae
omittimus rationes, quae spectant ad finem
incarnationis & ...
necesse fuit a separatio ...
Patri conservatio
et [illegible]
cur Deo, eique
cur Filio
et eo modo. ... Prop. 1.

Prob. illud Deo conveniens, per quod manifestantur divinae perfectiones.
S. August.

bonitas, justitia, sap.a, potentia

Joan. IV. ipse prior dilexit nos et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris

Et sane si ut ait Xtus majorem &.

ad Rom.
× vix enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori. commendat autem caritatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus ... ad Rom.
Christus pro nobis mortuus est. infirmi, idest peccatores.

in quam loquens

S. Leo

per [illegible]
multitudinem [illegible] nostris olim Deus [illegible] in terra [illegible]

sed in novissimis temporibus omnem abundantiam solitae benignitatis excessit, quando in Christo ipsa ad peccatores misericordia, ipsa ad errantes veritas, ipsa ad mortuos vita descendit//

Emicat deinde et splenduit justitia, ut aperte docet ad Rom. 3. v. 25. divus Paulus, cum inquit: Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiae suae. Quae quidem justitia in eo apparet, quod Deus peccatum non impunitum reliquerit, sed poenas culpae nostrae non quidem a nobis, qui solvendo impares eramus, sed a mediatore nostro Jesu Christo repetierit. Ut enim dicitur Isaia 53. v. 5. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. et posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum.

Elucent denique in hoc Incarnationis mysterio summa Dei sapientia, et potentia, quarum primam celebrat Paulus ad Colossenses 2. v. 2 vocans Incarnationem mysterium Dei Patris, et Christi Jesu; in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi. Alteram commendat Beatissima Virgo Maria, in qua mysterium istud peractum est; dum inquit Luca 1. v. 49. Fecit mihi magna qui potens est: Fecit potentiam in brachio suo.

Unde merito hac de re S. Augustinus // Cum Deus, inquit, sit omnipotens, plus dare non potuit: cum sit sapientissimus, plus dare nescivit: cum sit ditissimus, plus dare non habuit//.

Prob. 2do ex Patribus, inter quos tamen unum sufficiet commemorare Gregorium Nyssenum sermone in die Nativitatis Christi, qui omnia attributa superius recensita his verbis complexus est // Considera, inquit, utrum in hoc beneficio, quo nos affecit, cernantur omnia, quae dicendo persequi, bonitas sapientia, justitia potentia. Ut bonus desertorem amavit; ut sapiens rationem invenit, qua servitute oppressum in libertatem vindicaret. ut justus in servitute continentem et emptionis jure possidentem non coegit, sed seipsum pro illo, qui vinctus erat, tradidit; tanquam vas ac sponsor debitum ipse persolvit, ut eum qui obstrictus

erat

justitia: quam significans David Psal. 84. misericordia et veritas obviaverunt sibi: justitia et pax osculatae sunt.

justum erat per hominem vincere hominis inimicum diabolum

= Emitimus = justum erat, ut qui hominem vicerat, ab homine vinceretur

Hil. = conditio humana non ingenio erat eruenda, sed pretio//

= quae condixerit = Admirabiliter factum est, ut nec peccatum hominis dimitteret impunitum quia justus, nec irreparabile quia misericors.

= potentia ...

= omni miraculo mirabilius est quomodo tam diversa, tamque disjuncta ab invicem cohaererent unirentur

S. Leo

= Tota est in majestate humilitas tota in humilitate majestas nec infert unitas confusionem, nec dirimit proprietas unitatem.

Greg. Niss.

// Naturam omnipotentem ad humanae naturae humilitatem descendere, majus est potentiae argumentum, quam ingentia quaelibet ac stupenda miracula.. deitatis illud ... quod ... abundantia quaedam est potentiae-

erat, liberaret: ut neque derelictus est in Inferno, nec caro ejus vidit corruptionem: nec enim fieri poterat, ut vitæ auctor, ac Dominus a corruptione teneretur //. Hæc eadem attributa celebrat Damascenus fidei orthodoxæ lib. 3. aliique Patres. Constat ergo, Incarnationem Deo maxime convenientem fuisse, in qua tanto fulgore divinæ perfectiones resplenduere.

Probat. 2 Decuit, Deum ipsum per sese non alterius creaturæ ministerio, humanum genus redimere.

Probatur. Decuit, ut Deus creaturam beneficio creationis sibi obstrictam, beneficio redemptionis alteri creaturæ magis quam sibi non sineret obstringi: ut eandem redimendo illam pristinam, unde illa exciderat, libertatem statumque restitueret: ut demum creatura ipsa in solo Deo spem suam omnem repositam haberet: sed si Deus non proprio, sed alterius creaturæ ministerio humanum genus redemisset, nihil horum consecutum esset. ergo.

Minor per partes probatur. Et primo quidem si creatura non Dei ipsius Incarnatione sed alterius inferioris ministerio redempta esset, tunc creatura plus obstricta foret creaturæ redimenti, quam Deo creanti: majus quippe beneficii genus est redimi, quam creari juxta illud Ambrosii in cap. 3. Lucæ // Plus Domine injuriis tuis debeo quod redemptus sum quam creationi quod creatus sum. non enim nasci profuit, nisi redimi profuisset //. tum juxta illud Augustini ad Psalm. 144. // melius est aliquid esse, quia justus est, quam quia homo est //.

Deinde Redemptione nequaquam in priorem libertatem ac dignitatem asserti essemus, nisi Deus ipse per se nos redemisset, ut præclare advertit Anselmus libro cur homo Deus c. 5. // Quæcumque alia persona hominem a morte redimeret, ejus servus idem homo recte judicaretur: quod si esset, nullatenus restauratus esset in illam dignitatem, quam habiturus erat, si non peccasset, cum ipse, qui nonnisi servus Dei, et æqualis Angelis bonis futurus erat, servus esset ejus, qui Deus non esset, et cujus Angeli servi non essent //.

Demum si Deus per sese genus humanum non redemisset, tunc totius spei nostræ anchora Deus non esset; qui tamen ex mente Epiphanii in Ancorato n. 45. idcirco mundi redimendi partes in se suscepit, // ut spem suam mundus in nomine collocaret //. Quorsum itaque divinæ virtutis

ac

Decuit Deus per se [illegible]
ut Deo non alteri obstricta creatura q.
ut in pristinam libertatem.
ut spem in solo Deo.

1.
Minor per partes.
quia majus redimi.
unde Ambros.
et Aug. q.

2.
Quia per nos non essemus restituti
in pristinam libertatem q. Anselmus
quia homo esset servus hominis
redimentis q. ubi autem non esset q.
sed servus Dei, et æqualis Angelis q.

3.
Quia Deus spes nostra
non esset in solo Deo
Epiphanius.

ac potestatis proprium. Atque illud opus est, ut scribit sanctus Cyrillus tum ex non existentibus posse producti rebus existentiam dare: tum ea, quae a bono et integro statu exciderunt, rursus in pristinum revocare //

Cyrillus

Propos. 3

Congruum magis, ac consentaneum erat Verbum incarnari, quam Patrem aut Spiritum sanctum.

Probatur variis hujusce rei causis, quas afferunt Patres ex ipsius Verbi proprietate desumptas. Prima est quod decebat et conveniret maxime ut idem esset hominis in tempore Filius, qui Dei jam Filius erat ab omni aeternitate; indecorum autem contra fuisset si multiplex in sanctissima Trinitate Filius extitisset, alter aeternus et increatus, alter temporalis et incarnatus. Rationem hanc affert Gennadius de Dogmatibus Ecclesiasticis cap. 2. inquiens: // Non Pater carnem assumpsit neque Spiritus sanctus, sed Filius tantum; ut qui erat in Divinitate Dei Patris Filius ipse fieret in homine hominis matris Filius; ne Filii nomen ad alterum transiret qui non esset aeterna nativitate Filius //. Gennadio alii Patres consentiunt.

Probatur ex causis, quas afferunt Patres,
ex proprietate Verbi desumpta
1. decebat ut idem Dei Filius, et hominis
quia [illegible] Filii in Trinitate
alter aeternus, alter creatus,
Gennadius [illegible]
Sic Fulgentius de Fide ad Petrum
Sic Paulinus Aquilejensis,
Hugo victorinus.

Altera est, quod cum omnia per Verbum sint facta, consentaneum erat, ut idem esset humani generis reparator qui ejusdem conditor fuerat. Hinc Athanasius lib. de Incarnatione ajebat: // Non alterius fuit homines liberare nisi Verbi Dei, qui et illos initio procreaverat //. Et Augustinus sermone 13 de Natali Domini // Ideo inquit Deus misit (Filium suum); ut ipse etiam liberator esset, qui fuerat creator //. Similia habet S. Leo serm. 12 de Passione Domini. // In hac inquit ineffabili unitate Trinitatis, cujus in omnibus communia sunt opera ... reparationem humani generis proprie Filii persona suscepit; ut quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, quique flatu vitae animam de limo terrae hominem flatu vitae rationalis animavit, in naturam nostram ab aeternitatis arce dejectam amissae restitueret dignitati, et cujus erat conditor, esset etiam reformator //.

[illegible]
2. Quia cum omnia per Verbum facta [illegible]
Athanasius
Aug.
S. Leo
[illegible] Hilarius, Cyrillus &c.

Tertiam congruentiam rursus Athanasius ex ea repetit quod Filius sit Logos, idest ratio seu sapientia Patris; homo vero animi sui vitio in scelus similis factus sit, jumentis insipientibus // Fecit, inquit, ut per summam Patris

3. quia Filius est Logos
idest ratio, seu sapientia
homo vero factus insipiens
Athanasius

Guitmundus
quia mortuus est homo per
insipientiam

4. v. Irenaeus
ex altera ratione τοῦ λόγου
verbum, sermo q.
idest ex offo magistri
quia per verbum poteramus
scire quae sunt Dei

5. Athanasius
ex ratione paternae imaginis
quae in nobis foedata q.
cum, it imago, et forma substantiae
fuimus hominem ad imaginem
q.

6.

Richardus Victorinus
ex peccato primi hominis
per superbiam et per
rapinam q.
eritis sicut Dii q.
exinani q.
descendit quodammodo verbum
de similitudine Dei
ad similitudinem
hominis

rationem nisi ex illi experte rationis facti homines sanitati integritatique restituerentur. Eidem consentit Guitmundus Aversanus Episcopus in Confessione de sancta Trinitate dum inquit: Quoniam mortuus est homo per insipientiam, oportuit eum vivificari per sapientiam. Incarnata est igitur Dei sapientia, ut deleretur hominis insipientia //.
4tam congruentiam Irenaeus desumit ex altera ratione τοῦ λόγου, quae est verbum, vel sermo, et ex officio magistri, quod Redemptori potissimum convenit; unde libro 5. contra haereses c. 1. haec habet // Non enim nos aliter discere poteramus quae sunt Dei, nisi magister noster verbum existens homo factus fuisset: neque enim alius poterat enarrare nobis quae sunt Patris, nisi proprium ipsius Verbum //. Haec autem non ita interpretari debemus, quasi alia persona id praestare non potuerit; quod Verbum praestitisse affirmat Irenaeus: nam congruentiam non necessitatem proposuit.
5tam iterum Athanasius nox laudatus ex ratione paternae imaginis, quae propria est Filii, quaeque in nobis perpe- cati labem foedata est, sic derivat // Quid aliud facere Deum oportebat, aut quid facto opus erat, nisi ut illud instauraretur, quod secundum imaginem conditur, ut per illud rursus ipsum nosse homines possent? Hoc autem qua tandem fieri ratione potuisset, nisi ipsamet imago Dei advenisset, hoc est salvator noster Jesus Christus? Idcirco Dei Verbum per se ipsum venit, ut cum Patris imago sit, hominem iterato creare posset, qui ad imaginem est factus //.
6tam denique congruentiam nobis exhibet Richardus Victorinus de Incarnat. c. 10. ex peccato primi hominis desumptam // Per praesumptionem inquit voluit et quasi per rapinam gestisse hominem ascendere usque ad similitudinem Dei. Ut igitur modus sanctificationis responderet modo praevaricationis, ratio exigebat, ut unus noster redemptor per exinanitionem descenderet de similitudine Dei ad similitudinem lapsi // Ex quibus omnibus satis superque constare videtur, congruum admodum et consentaneum fuisse, ut altera de Trinitate persona carnem susciperet.

Object. Sententia haec supponit, Patrem quoque et spiritum sanctum carnem humanam absolute induere potuisse: sed hoc dici non potest: ergo q. Minor probatur sanctus Anselmus in libro cur homo Deus c. 10. diserte ait: // non

Filium-

debuit alia persona incarnari, quam Filius &c. ergo &c.
Concedo majorem nego minorem. Ad probationem respon= *Resp.*
demus opponentes divo Anselmo libertatem quod est Dei
arbitrium in ipsa etiam assumente persona. opponimus Ma-
gistrum sententiarum in tertio distinctione prima cui
suffragantur cum Doctore Angelico Theologi fere omnes.
Sanctus Anselmus igitur de convenientia, non de absoluta
necessitate intelligendus est.

Inst. Instant vero cum Hugone Victorino, cujus hac sunt verba:
Sei non convenit mitti ab alio, qui non est ab alio; Pater
non est ab alio. ergo mitti non potuit ab alio, proinde nec
incarnari cum incarnari sit mitti juxta illud Apostoli ad
Galatas c 4. v 4. ubi venit plenitudo temporis, misit Deus
Filium suum, factum ex muliere factum sub lege

Resp. Distinguo majorem. Si non convenit mitti ab alio, qui non est
ab alio, inconvenientia quadam negativa, qua consistat in ce=
rtitudine majoris convenientia concedo majorem ob in=
convenientiam quandam positivam, quod hoc positive dedeceat
Dei sapientiam ejusque opponatur, nego majorem. Et concessa
minore, nego consequentiam cum eadem limitatione. Nulla lege
ad id decernendum adstringitur Deus quod magis aut pluri=
bus nominibus convenit. Falsum autem est, incarnari idem
prorsus esse ac mitti a persona a qua qui mittitur proce=
dit. Poterat enim Pater mitti in mundum aeterno Sanctissima
Trinitatis consilio, etsi a nullo procedat.

Pro. VI A Verbum divinum carnem humanam suscipere decuit.
eo plane modo, quo eam suscepisse novimus.
Probatur Modus, quo Incarnationem peractam fuisse no=
vimus, sequens fuit. Verbum scilicet divinum altera in
Trinitate persona sub externa eaque humana specie ex
Virgine suscepta in carne doloribus obnoxia senescente
jam mundo illuxit atque convenienς fuit ut hoc modo
et cum hoc circumstantiarum apparatu ipsa veniret
ergo &. Major constat ex Evangelio et ubérrime sequenti
libro probabitur. Minor per partes probatur.
Et primo quidem decuit Verbum venire sub specie externa.
Ut enim commentatur Chrysostomus Homilia II in illud

sub specie humana
ex virgine
in carne passibilis.
– senescente mundo

major ex Evangelio

spiritus fuisse
esse conspicuus in operibus.
plenitude temporis.
Et primo speciem [illegible] splendore
divinitatis [illegible]

Joannis c. 1. Vidimus gloriam ejus: // quomodo nudam divinitatem, ac vel superius illius inaccessam virtutibus lucis nos et orti de terra sustinere potuissemus //? Nihil ergo commodi ad nos derivasset, ut advertit Arnobius libro 1.: // Quis enim est mortalium, qui quaveret eum videre? Quis cernere, si talem voluisset inferre se terris, qualis ei primigenia natura est //?

Decuit 2do, ut humanam, ac ceteris artis inveniret, ut sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors; sic per unum hominem Jesum Christum gratia regnaret. Hinc Augustinus lib. 13. de Trinitate c. 18. // Melius, inquit, judicavit, ut de ipso, quo victum fuerat genere, vinceret hominem Deus per quem genus humanum vinceret inimicum //. Et Sanctus Leo serm. 2. de Nativit. ideo expediens fuisse docet, // ut inventor mortis diabolus per ipsam, quam vicerat, vinceretur naturam //.

Decuit 3tio ut ex muliere, et quidem virgine nasceretur, qui mundum per mulierem et quidem adhuc virginem Evam nempe, perditum instauravet, nec ullum sexum dedignaretur, qui ad utrumque salutem venerat. Hinc Augustinus de agone Christiano cap. 22. // Dominus Jesus Christus, inquit, qui venerat homines liberare, in quibus et mares et feminae pertinent ad salutem, nec mares fastidivit, quia marem suscepit, nec feminas, quia de femina natus est //. Tertullianus autem de carne Christi cap. 17. // Deus, inquit, imaginem et similitudinem suam a diabolo captam aemula operatione recuperavit. In Virginem enim adhuc Evam irrepserat verbum aedificatorium mortis. In Virginem aeque introducendum erat Dei Verbum exstructorium vitae: ut quod per ejusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem //. Quod quidem Augustinus pariter serm. 13. de Nativit. [illegible] ostendisse // ut quia per mulierem mors in hunc mundum intravit salus per Virginem redderetur, ut ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret, quae culpam nobis transmiserat, transmitteret et gratiam //. Similia habent alii Patres.

Decuit 4to ut in carne ejusdem cum nostra conditionis, et

Aug.

ut ex virgine; nam per evam adhuc virginem et ne dedignaretur utrumque sexum
Aug.

Tertullianus

Aug.

et item Aug.
// si ergo vir exsisteret, quod utique esse deberet, non minus liberare eas feminas desperarent de se, feminae memores primi reatus sui; itaque mare [illegible] maria [illegible]

et eisdem obnoxia necessitatibus, aerumnis ac doloribus vixi=
ret: cujus profecto multiplicis generis rationes reddunt Patres
Quarum prima est juxta Augustinum epistola 3tia ut
veritatem carnis susceptae confirmaret. 2da juxta eundem
Augustinum de agone Christiano cap. 11., ut ostenderet nobis
ad quam fragilitatem homo sua culpa devenerit, et
ex qua fragilitate divino auxilio eruetur. 3tia ut nos
doceret haec omnia patienter ferre, atque temporalium
bonorum ac malorum despicientiam nobis exemplo suo insi=
nuaret juxta illud Augustini libro de agone Christiano cap.
11 num. 12. // Nolite amare temporalia, quia si bene a=
marentur, amaret ea homo, quem suscepit Filius Dei. No=
lite timere contumelias cruces et mortem, quia si noce=
rent homini, non ea pateretur homo, quem suscepit
Filius Dei //. Omnia ergo terrena bona contempsit homo
factus Dominus Christus, inquit idem de catechizandis rudi=
bus cap. 22., ut contemnenda monstraret, et omnia terre=
na sustinuit mala, quae sustinenda praecipiebat, ut neque
in illis quaereretur felicitas, neque in istis infelicitas
timeretur //. 4ta ratio est, ut qui in ligno vincebat, in
ligno quoque vinceretur, ut canit Ecclesia.

5to denique decuit ut senescente mundo, et jam occidente
ut ait Ambrosius, Dei Filius illucesceret. Cujus quidem dila=
tae Incarnationis rationes multas protulerunt Ecclesiae
Patres. Primam repetit S. Augustinus ex dignitate nuntii
= Non enim ait tractatu 31. in Joan., parvum aliquid
venturum fuit: diu fuerat praedicandus, semper tenendus.
Quanto major judex veniebat, tanto praeconum longior
series praecedebat =. Hinc frequentes illa veterum justo-
rum ad Deum preces: Domine, mitte quem missurus es
Exod. 4. 13. Emitte agnum Domine dominatorem terrae
Isaia 16 v. 1. Ostende nobis Domine misericordiam tuam
et salutare tuum da nobis Psalm. 84. Tanti scilicet
operis expectatio longe magis tanti beneficii excellentiam
commendare apud homines debuit // ut nativitas quae
omnia miracula, omnemque intelligentiam excessura erat
memoriam, tanto constantiorem in nobis gigneret fidem,
quanto praedicatio ejus antiquior, et uberior praecesserat //
ut

4. in carne debilis subjecta

4. de carni...

1.

Aug.= propter hoc vitium,
propter hoc grande peccatum
Deus humilis factus est
erubescat homo esse superbus.

Aug.= quae superbia sanari
potest, si humilitate
Filii Dei non sanatur?
quae avaritia, nisi pauper-
tate Filii Dei?
quae iracundia, nisi patientia,

= Per nullam seriem temporum et annorum
praedicandus fuit non enim q.

, crescente mund

Ex dignitatem nuntii

Leo

ut ait S. Leo serm. 3. de Nativitate cap. 4. spes quippe dilata tam
omnium desideria ardentius inflammat
Rationem alteram S. Gregorius Nyssenus oratione de Nativitate
Christi declarat ex nimia hominum inveterata malitia et cor-
ruptione, censebat scilicet tunc coelestem advenire medicum
cum morbus ad summum devenit, ac fere desperatus erat.
// Quod si forte, inquiritis, ait, cur non citius olim hoc praesti-
terit opifex mundi, medicos etiam accusate, quod acriora
remedia in ultimum tempus differunt lenioribus siquidem
prius usi potentiora ultimo loco adhibent //. Plures alias
rationes alii adducunt, inter quas hanc affert S. Thomas quaest.
1. a. 5. // Dei consilio factum est, inquit, ut post hominis ca-
sum non illico Dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus, in-
ut hominem in libertate arbitrii in lege naturali, ut sic vi-
res naturae suae cognosceret: ubi cum deficeret legem accepit
qua data invaluit morbus, non legis sed naturae vitio ut
ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum et gra-
tiae quaereret auxilium //. In idem recidit quod adducunt
alii, necesse fuisse hominem longum diutius terrore legis
tanquam servum exagitari, spe bonorum temporalium in-
escari, figuris et umbris veteris testamenti prius pasci,
quam amore et charitate filius esset ac diceretur et bono-
rum coelestium spe et veritate demum gauderet. S. Basi-
lius Homilia in sanctam Christi generationem, velandatio-
nis diversitas ejus eam etiam affert rationem quia non
prius inventa fuit virgo digna, quae mater ipsius fieret,
qualis fuit in plenitudine temporis beata virgo Maria
desponsata Joseph. Ex quibus omnibus patet, congruum
fuisse ut eo modo Verbum divinum carnem humanam
susciperet quo illam suscepisse ex Evangelio novimus.

Obiect. 1 Assumptione carnis universa prope perfectione divinae
obscurantur, immensitas nempe ex corporis angustiis; sapi-
entia ex infantili aetate, potentia ex imbelli corpusculo.
ergo incarnatio cum hoc saltem circumstantiarum appa-
ratu digna Deo non erat

Resp. Nego antecedens. Imo vero haec ipsa credentibus argumen-
to sunt, Deum sapientissimum esse ac potentissimum qui
ista potuerit, et conciliare noverit. Hinc sanctus Bernar-
dus dicit ait // omni miraculo mirabilius, quomodo tam

tam

Margin notes:

ob inveteratam malitiam hominis

S. Thomas

S. Basilius

opponunt obscurari perfectiones
cingit infans inter arcta
conditus praesepia membra
pannis involuta virgo mater
alligat
et Dei manus pedesque
stricta cingit fascia.

Libuit jure conjungi [illegible]

tam diversa, tamque dura ac [illegible] potuerunt conjungi //.

Dei inquiunt gigni ex vero virginis majestatem Dei non decebat, // quia ut rationem reddunt novetii apud Justinum in symbolo, quamvis nulla fuerit ex viri commixtione contagio, fuit tamen ipsius puerperii obscena obtrectationis injuria //. ergo etc. — Inst.

Resp.

Nego antecedens. Ad rationem quam apud Rufinum gentes et novetii reddunt, respondent Patres, Deum hic nequaquam inquinari, quod illustrat Rufinus similitudine radii qui in coeni voraginem demissus, nihil inde labis contrahit, sed qualis erat ingressus purus et fulgidus exit. Basilius autem sic eludit. // superfluum est dicere, cur per obscena transierit, cum non possis dicere cur obscena condiderit //.

Solve cum Rufino [illegible] radii

Basilius q.

fuit nego etiam in partu

Inst. p.

Dedecebat Deum assumere naturam peccati contagione infectam: ergo etiam naturam morbis, injuriis, ac morti etiam obnoxiam.

Resp.

Concedo antecedens, nego consequentiam. Nam peccatum malum morale est, cujus sicut auctor ita nec particeps esse poterat: pati autem et mori defectus sunt duntaxat physici, atque in natura tantum assumpta [illegible] quos velle Deus ob varios fines potest. // Hac indigna Deo, inquit Tertullianus lib. 2. c. 27. Marcionem aliquis tibi videatur: nobis autem necessaria et ita jam Deo digna, quia nihil tam dignum, quam salus hominis //.

Solve: peccatum est malum morale q. pati q. physicum.

Tertullianus

Obiect. p.

Opponunt vero difficultatem, quam sibi proponit s. Thomas, dicit: cum Christus Jesus in hunc mundum venerit peccatores salvos facere, ut ait Apostolus 1. ad Timot. 1. 15 melius fuisse videtur, si statim post Adami peccatum venisset: sic enim plures salvati fuissent; nimis autem multi tam longo temporis intervallo ignorantes Deum, et coelestem ejus doctrinam perire debuerunt.

[illegible] melius si statim post Ada peccatum.

Resp.

Respondet vero Angelicus Doctor cum s. Augustino lib. de dono perseverantiae c. 11. // Quod sicut Apostolus dixit non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei, qui ... hos, quos praevidit, si apud eos facta essent sua miracula credituros, quibus non vult subvenire, non subveniat ...

Resp. cum Angelico

etiam quando venit non profuisset omnibus [illegible]
Apli cum vellent ire in Bithiniam

Pro-

Investigabilis est ergo misericordia, qua cujus vult misereatur, nullis ejus praecedentibus meritis. et investigabilis veritas qua quem vult obdurat &c.// Sive ergo citius venisset Christus, sive etiam tardius, nonnisi illi salvi fuissent, qui ab aeterno praeordinati erant in vitam aeternam. Caeterum idem sanctus Augustinus Paganis hanc ipsam difficultatem ingerentibus epistola 102. num. 15. ita respondet.// Ab exordio generis humani quicumque in eum (Christum) crediderunt eumque utcumque intellexerunt et secundum ejus praecepta pie et juste vixerunt quandolibet et ubilibet fuerint per eum procul dubio salvi facti sunt //. Et in libro 18. de Civit. Dei cap. 47. // Nec ipsos Judaeos, inquit, ausos esse contendere, neminem pertinuisse ad Deum praeter Israelitas... Populus enim revera, qui proprie Dei populus diceretur, nullus alius fuit: homines tamen quosdam non terrena, sed coelesti societate ad veros Israelitas, supernae cives patriae, pertinentes, etiam in aliis gentibus fuisse negare non possunt: quia si negant facillime convincuntur de sancto ac mirabili viro Job, qui nec indigena nec proselytus, id est advena populi Israel fuit, sed ex gente Idumaea genus ducens, ibi mortuus est //. Ex quo exemplo S. Pater infert etiam in aliis gentibus esse potuisse qui secundum Deum vixerunt, eique placuerunt pertinentes ad spiritualem Jerusalem. Non modo igitur Hebraei qui ad legis mosaicae observantiam tenebantur, quorumque Messias veniret. Sed ex gentilibus etiam, qui simul cum fide in venturum Messiam legis naturalis praecepta divina gratia adjuti observabant, salutem adipiscebantur aeternam.

Resp. pro mon. Aug.

+ indigena, h. e. justi

Inst. Addunt vero quod sibi objicit ipse S. Thomas, conveniens scilicet fuisse, ut peccato Adami illico remedium afferretur; quo enim medicina differtur, eo gravius et periculosius morbus invalescit.

Resp. Huic etiam difficultati respondet idem Doctor Angelicus in III. Sentent. distinct. 1 q. 1. art. 4. ad 3 ostendens discrimen esse inter sanationem animae et corporis. In sanatione enim corporis, quamvis utile esse possit, absolute necesse non est, ut infirmus periculum morbi, et vim medicinae cognoscat; quod tamen necessarium est in curatione morbi spiritualis: quia hic humilitate, et conditione spiritus curatur

Solvit Angelicus asserens discrimen q.

Abso.

Absolute tamen etiam ante Christi adventum utcunque spiritualis hic animae morbus sanari per fidem scilicet in Christum venturum, ut supra diximus.

Obiect. 3.

Incarnatio est opus omnium maximum divinae erga nos charitatis juxta Apostolum ad Ephes. 2. v. 4.: sed charitas non tardat subvenire amico indigenti; ita enim nos monet Salomon Proverbiorum 3 v. 28. Ne dicas amico tuo vade, et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. Non ergo Deus debuit Incarnationis opus tardius differre, cum generi humano statim subvenire potuerit.

Resp.

Difficultatem hanc etiam solvit s. Thomas 3 P. q. 1. a. 5 ad 2. docens charitatem ratione non differre amico subvenire, salva tamen negotiorum opportunitate et personarum conditione. Si enim medicus cognoscat opportunum non esse statim ab initio medicinam aegroto exhibere, ex ipsa charitate qua prosequitur infirmum, ad illam differendam movebitur. Eadem de causa Deus, qui nimia charitate dilexit nos, praeparatum nostrae infirmitati remedium usque ad plenitudinem temporum distulit.

etiam medicus differt aliquando.

Caput IV.

De Incarnationis necessitate, quae non alio nomine necessaria fuisse ostenditur quam ut accurata et numeris omnibus absoluta satisfactio Deo praestaretur.

Quae Theologorum opiniones circa Incarnationis necessitatem?

De Incarnationis necessitate quinque potissimum sententiae enumerari possunt. Prima est Wiclefi, ut refert Bossuetus Variationum lib. 11. num. 152, qui docuit Incarnationem simpliciter et absolute fuisse necessariam. Altera est Raymundi Lulli, qui referente Vasquez quaest. 1. a. 2. disput. 1. c. 2. censuit non quidem absolute, sed ex hypothesi mundi conditi necessariam fuisse Incarnationem, cui opinioni adhaesit etiam nostra aetate magni nominis philosophus Malebranche in suo de natura et gratia opere, aliisque in locis, in quibus contendit Deum non potuisse rerum universitatem condere, quin simul Incarnatio-

Duplex necessitas simpliciter dicta, et secundum quid;
absoluta quae ex nulla conditione; hypothetica.

Quinque sententiae recensentur
1. Wicleffi q. Incarnationem absolute nec.
2. Raimundi Lulli ex hyp. mund. cond. et Malebranche

nem

3tia tribuitur Anselmo et Ricardo victorino, ut putat vasquez. — posito hominis lapsu potuisse deum q.

non incarnaret. Tertia est, quae statuit Incarnationem non quidem, praecise ex hypothesi mundi creandi aut creati esse necessariam, sed, posito hominis lapsu quia videlicet Deus non potuit humanum genus non reparare, nec alia quam Incarnationis via illud reparare potuit. In qua quidem sententia Vasquesio fuisse videtur Anselmus lib. 1 cur Deus homo c. 16. et 17.; necnon Ricardus Victorinus de Incarnatione cap. 8.

4ta eidem tribuitur. — posito quod voluerit reparare.

Quarta quae vulgus sancto Anselmo et Ricardo a nonnullis tribuitur, et a quibusdam aliis sustinetur, statuit Incarnationem fuisse omnino necessariam saltem ex hypothesi humanae reparationis, adeo ut posset quidem Deus hominem non liberare; sed posito quod eum liberare voluerit, alio modo non posset. Quinta denique est omnium fere Theologorum, et statuit Incarnationem non fuisse necessariam nisi ex hypothesi accuratae et idoneae satisfactionis pro peccato Deo eandem exigenti praestandae. De postrema hac sequenti capite dicemus; de primis quatuor sententiis cum omnibus fere Theologis sic statuimus.

5ta omnium Theol. — ex hypothesi accuratae satisfactionis

Propos. Neque absolute, neque ex hypothesi creationis mundi, aut hominis lapsi, aut ejusdem liberandi necessaria fuit Incarnatio

Pars 1. Non absolute q. quia scriptura q.

Pars prima probatur. Illud non fuit absolute necessarium quod singulari Dei benevolentiae ac misericordiae scriptura et Patres attribuunt. atqui Incarnationem esse eximiam singularis Dei benevolentiae et misericordiae opus, scriptura et Patres praedicant ergo q. Minor constat ex adductis capite praecedenti testimoniis, ut ex illo s. Pauli ad Titum c. 2 v. 11. Apparuit gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos et cap. 3 v. 4 Benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri Dei et denique ex 1. ad Tim. c. 3 v. 16 Manifeste magnum est pietatis sacramentum q. Tum etiam ex Patribus ibi adductis, inter quos hic unum ofdero Augustinum, qui quaest. ~~...~~ 83 ex 83 sic arguit: // Ubi nulla indigentia, nulla necessitas, ubi nullus defectus nulla indigentia, nullus autem defectus in Deo nulla ergo necessitas //. Accedit quod in operibus ad extra Deus perfecte liber est, ut in Tractatu de Deo ostenditur. sed Incarnationis opus est opus ad extra: ergo in eo peragendo perfecte Deus liber fuit ideoque q.

Aug.

Probe in operibus ad extra Deum liberum q.

Pars altera, quod nempe Incarnatio necessaria non fuerit ex hypothesi creationis mundi constat primo ex iis Scripturae locis et Patrum testimoniis, quae jam supra attulimus, et paulo post afferemus, quaeque non solum posita mundi creatione, sed posito etiam humani generis lapsu Incarnationem nobis exhibent non ut arctae necessitatis, sed contra ut insignis misericordiae opus. Constat 2do ex eo, quod Incarnatio nullam habeat cum spectabili hac rerum universitate connexionem. quod enim ordinis est supernaturalis, qualis est Incarnatio nullam habet cum rebus naturalibus connexionem cujusmodi est haec rerum universitas. Constat 3tio ex eo, quod fingi non possit Incarnatio necessaria, posito semel mundo nisi quia necessaria est ad ipsius perfectionem (quod Lullius contendit) vel ad Dei honorem et gloriam (quod opinatur Malebranca): atqui neutrum dici potest. non primum: cum mundus ipse suarum partium infinita varietate et admirabili consensione in genere suo perfectissimus sit, citra Incarnationis mysterium: non secundum, cum Deus non indigeat illo honore et gloria, quae in eum ex Incarnatione derivatur. Constat denique ex eo, quod si quis idcirco necessariam diceret Incarnationem ut per eam Deus hominem ad finem suum perduceret hoc etiam sine Incarnatione praestari potuit. Si enim finem hunc naturalem esse potuisse statuas, naturalibus subsidiis obtineri ab homine poterat. Si vero supernaturalem finem homini propositum spectes, supernaturalibus auxiliis ad eum erat provehendus. Neutrum porro auxiliorum genus Incarnationem exigit. Qui enim Christum et ex Augustini sententia Angelos etiam replere potuit spiritu sapientiae et intellectus, spiritu consilii et fortitudinis, spiritu timoris Domini absque ulla praevia Incarnatione unde haec dona profluerent: quis negaverit potuisse ceteros etiam homines naturalibus vel supernaturalibus donis et muneribus replere quae non Incarnationis, sed divinae solius largitatis fructus essent? Ex quo elucet, hominem ad statum etiam supernaturalem sine Incarnationis admiculo provehi potuisse.

Pars 3tia probatur. Potuisset Deus homines peccato devictos in massa perditionis relinquere. ergo ex hypothesi

10 -

2. pars
non ex hypothesi creationis
prob. 1. ipsum argumentis

Prob. 2. quod incarnatio non
habeat connexionem necessariam
cum hac universitate,
qui ordinis supernaturalis.

Prob. 3. si necessarios.
ob perfectionem mundi ut Lullius
vel ad dei honorem ut Malebranche
sed neutrum

Prob. denique non ut homo
ad suum finem adduceretur
nam si finis naturalis per media
si supernat.

ut Christum et Angelos
replevit s. sine incarnatione

Non ob hominem lapsum
Potuisset Deus homines derelinquere

hominis lapsi necessaria non fuit Incarnatio. Antecedens proba-
tur primo ex Sapientia cap. 12 v. 11 et 12, ubi hac leguntur:
Semen erat maledictum ab initio nec timens aliquem veniam
dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi: quid fecisti...?
aut quis tibi imputabit si perierint nationes, quas tu fecisti?
2do ex locis illis infinitis, quibus redemptio gratuito be-
neficio tribuitur, cujusmodi est testimonium illud ad Rom.
3. v. 24. Justificati gratis per gratiam ipsius per redem-
ptionem, quae est in Christo Jesu. Et illud ad Ephes. 1. v. 5.
Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum
Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae
in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in
dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem. 3tio
denique ex Angelorum rebellium exemplo, quibus, ut ha-
bet S. Petrus epist. 2. cap. 2. v. 4. peccantibus non peper-
cit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit
cruciandos: eorum merito / Augustinus lib. de natura et
gratia c. 5. // universa, inquit, massa poenas debet, et si
omnibus damnationis supplicium redderetur, non injuste pro-
cul dubio redderetur //.

Pars 2da quod nempe neque ex hypothesi hominis li-
berandi necessaria fuerit Incarnatio, probatur primo ex
iis scripturae locis, quae Deum omnipotentem praedicant, ut
apud Jeremiam c. 32. v. 17. Non erit tibi difficile omne
verbum. Et apud Matthaeum 19. v. 26. Apud Deum omnia
possibilia sunt. Si ergo quia Deus omnipotens est, solo
nutu hominem condidit, cur non etiam eodem via repara-
re potuit?

2do ex Sanctorum Patrum testimoniis, quibus nihil est
disertius. Athanasius orat. 3. contra Arianos // citra Incar-
nationem, inquit, poterat Deus solummodo loqui, et ma-
ledictionem solvere //. Gregorius Nazianzenus oratione 9.
// Hac, inquit, Salvator licet, vel nuda voluntate sola
nobis ipse Deus, salutem afferre posset, quemadmodum
et universam rerum naturam solo jussu atque im-
perio procreavit //. S. Augustinus lib. de agone christiano
cap. 11. // sunt stulti, inquit, qui dicunt: non poterat aliter
sapientia Dei homines liberare, nisi susciperet hominem,

et

Exemplo Angelorum

Aug.

Non ex hypothesi hominis
liberandi 2.
Si solo nutu condidit, potuit et redimere

Patres

Athan.

Greg. Naz.

Aug.

ut reservetur de termino. et a peccatoribus omnia illa coterentur quibus indiximus. poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter vestrae stultitiae displiceret //. Denique S. Bernardus, ut alios bene multos sileamus, epist. 190 c. 8. sic loquitur. "Quis negat omnipotenti ad manum fuisse alios et alios modos nostrae redemptionis, justificationis, liberationis? Verum hoc non praejudicat huius, quem e multis elegit, efficaciae //. Bernard.

Ipsum confirmatur ex concordi Theologorum consensione. ita enim docent S. Thomas, Bonaventura, Scotus, Durandus, Paludanus, Gabriel, ceterique, inter quos Suarez affirmat sententiam hanc ita esse communem et certam, ut negari sine temeritate et fidei incommodo non possit. concordia Theol.

Confirmatur item ex multiplici ratione. ~~quo~~ Prima est, quod si cuilibet liceat de jure suo cedere, quanto magis Deo? Nulli enim injuriam facit, qui poenam sibi debitam gratis remittit. 1. potuit jure suo cedere

2da est, quod omnibus poenitentibus in nostrae salutis negotio poenas, quas debebamus, in Christum vadem nostrum Deus pro sua benignitate transtulerit. Quid ni igitur et penitus auferre potuerit? 2. christum vadem fecit, ergo potuit et remittere

3tia denique est, quod Deus possit quidquid non involvit contradictionem; sed quod peccatum condonetur, aut mitiori poena plectatur, non includit contradictionem: namque adversarii ipsi fatentur, posse Deum mitiorem poenam infligere, quam culpa meretur, etsi juxta illos non possit peccatum inultum dimittere: ergo &. 3.

Obiect. 1. Opponunt contra primam, et 2dam Propositionis partem. Deus semper et necessario optimum eligit. sed nihil incarnatione melius. hanc ergo Deus necessario voluit. Major probatur et ex idea agentis perfectissimi, et ex illo Augustini, ex tractato lib. 3 de libero arb. c. 5: Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum tanquam bonorum omnium conditorem //. Similia habet de quantitate animae c. 33., et lib. contra adversarios legis, et Prophetarum c. 14. (Tournely pag. 134.) Contra 1. et 2. partem. opponunt, quia Deus semper et necessario optimum eligit, ...

Resp. Distinguo majorem. Deus semper et necessario optimum eligit: idest si quid eligit, semper et necessario eligit, quod spectato fine optimum est, seu intento fini accommodatissimum, concedo majorem: idest necessario aliquid extra se. id est, quod spectato fine optimum ...

1a

secus eligit, atque id quod eligit semper et necessario opti= mum est absolute, et in se spectatum, nego majorem. Et sub eadem limitatione concessa minore, nego consequentiam. Nulla lege tenetur Deus id, quod in se et absolute optimum est, faciendum. atque ut ostendit Petavius lib. 5. de Deo cap. 6. contra Abaelardum ex Patribus Deus potest alia in se longe perfectiora et pluribus perfectionibus instructa fa= bricare. Si quid tamen melius extrinsecus, id fini, quem sibi in eo opere constituit accuratissime respondere debet; cum enim liberrimus sit, est etiam sapientissimus.

Nulla lege tenetur Deus ... imo ut ostendit Petavius ... potest alia perfectiora ... Si quid tamen facit ...

Hoc ipsum affirmat Augustinus in adducto testimonio. Vera enim ratione bonum et optimum est, quod ex sapientiae praescripto perfectum est: hoc autem in eo relucet, quod sin= gula entia, eorumque partes et proprietates ad finem pro= positum idonea sint et accommodata. Deus enim, inquit lib. 11. de Civ. Dei c. 22. //ita est artifex magnus in magnis, ut minor non sit in parvis; quae parva non sua granditate nam nulla est, sed artificis sapientia metienda sunt//.

atque id est, quod adducto loco Augustinus.

est enim Deus ita artifex ...

Inst. 1. Intellectus divinus hoc habet proprium, ut quod suapte natura est melius, hoc etiam repraesentet ut melius: ergo et voluntas Dei utpote perfectissima hoc habebit sibi pro= prium ut feratur semper in melius, absque ...

Inst. intellectum divinum repraesentare ...

Resp. Concedo ant., nego consequentiam. //Ut lancem in libra, ait Tullius, ponderibus impositis deprimi; sic animum perspicuis cedere oportet. Visum autem objectum imprimit illud qui= dem, et quasi signat in animo suam speciem; sed assensio nostra est in potestate, eaque extrinsecus pulsa, quod reliqu= um est suapte vi et natura movetur//. Quod de intellectu et voluntate creata sic a Tullio pronunciatum est, id seposi= sitis imperfectionibus intellectui et voluntati divinae accommo= dari debet: est enim Deus circa ea, quae extrinsecus geruntur, liberrimus.

solve cum Tullio ...

Inst. 2. Universa haec mundi effectio ad Dei perfectiones manifestan= das est constituta: Porro Incarnationis magnum est pietatis sacramentum in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae reconditi, ac proinde ad Dei perfectiones maxi= me accommodatum: posita ergo mundi effectione, Incar= nationem quoque statim exigebat

Inst. Incarnationem Dei perfectiones manifestare ... itaque fini inservire ...

Resp. Ignoramus fateamur cum Ruperto lib. 13. de Trinitate cap. 20 //quia propter hunc hominem (Christum) gloria et

Solvi cum Ruperto ...

et honore coronasti eum, cui omnia creavit; tantamque ex Incarnationis mysterio in Deum gloriam redundare dicamus quanta ex alio quovis divinae potestatis opere redundare non potest: nec tamen vel in hoc gradu Deum optimum maximum gloriam suam recuperare debuisse, nemo ostendere potest.

Object. 2. Gratia sanctificans, ceteraque status supernaturalis dona sunt effectus meritorum Christi: ergo ex hypothesi, quod Deus hominem condiderit, et ad statum supernaturalem elevaverit, ut reipsa elevavit, fuit omnino necessaria Incarnatio.

obj. 2. contra secundam.

Resp. Distinguo antecedens. Sunt effectus liberi aliunde etiam derivandi, concedo antecedens. Sunt effectus necessarii, qui aliunde derivari non potuerint, nego antecedens, et consequentiam. Hic, ve oculis semper habenda sunt gratia Christo, Angelis, et Adamo collata, non ex Incarnatione, sed aliunde in eosdem derivata, ut supra diximus ~~cum~~ cum Augustino.

Sunt effectus liberi aliunde etiam derivandi merita.

Object. 3. ~~Sanctus Atha~~ Opponunt contra 3tiam Propositionis partem sanctum Athanasium, qui de Incarnatione Verbi asserit, indecorum futurum fuisse, si Deus hominem lapsum deseruisset: ait enim // erat indignum bonitati Dei ut quae ab ipso facta erant, corrumperentur fraude ac calliditate diaboli, qua homines circumvenerat //. Hoc illustrat exemplo Regis, qui urbem, quam ipse condidisset, a latronibus impugnatam negligeret quin tueretur, ac liberaret: ergo necessarium erat, ut redimeret. Athanasio addunt s. Anselmum qui admisisse videtur necessitatem reparandi hominem lapsum non tantum decentiae et congruentiae, sed et naturae. Namque libro 1. cur Deus homo cap. 10. sic inquit: // [illegible]: // sicut in Deo quantumlibet parvum inconveniens sequitur impossibilitas, ita quantumlibet parvam rationem si major non vincitur comitatur necessitas //. Cum igitur inconveniens foret lapsum hominem a Deo non reparari, necesse fuit necessitate naturae seu absoluta, Verbum incarnari ad hominem recuperandum. quod enim Deo indecens est, est ipsi omnino impossibile. Deinde vero eodem lib. c. 16. diserte pronuntiat s. Doctor, necesse fuisse numerum Angelorum lapsorum restitui ac suppleri per homines. // Respondendi

obj. contra 3. partem quod, sic lapsum necessaria [illegible] non Athanasius asserit indecorum fuisse quod illustrat exemplo Regis

Addit Anselmum, qui necessitatem admisit non decentiae tantum sed naturae.

ergo cum inconveniens foret

Ulterius Anselmus ait necesse fuisse per homines suppleri numerum Angelorum

vari, ait, Angeli procul dubio sunt. Necesse est ergo eos de humana natura; quoniam non est alia, de qua possint restaurari //. ergo.

Resp. Ad primam difficultatem ex s. Athanasio desumptam respondemus, indecorum de quo s. Doctor loquitur futurum fuisse negative tale, non autem positive indecorum. Indecorum namque positive contingit, quando fit aliquid contra quam decet, et oportet. negative autem, quando aliquid duntaxat omittitur, quod certa solum ratione conveniens foret, et quod a-liunde non tenetur facere qui agit. Cum itaque, ut supra diximus, consentanea sit Incarnatio divinæ bonitati, si ea non esset, eraeta, profecto aliquid omissum foret, quod conveniens est, sed cum nullo jure teneretur Deus mittere Filium suum ad homines liberandos, si non misisset, non sane egisset contra quam decuisset aut oportuisset. praesertim cum hoc in casu causas ita agendi habuisset idoneas et sapientiæ suæ congruentes, quas nostrum non est perscrutari. Hanc et non aliam fuisse s. Athanasii mentem indicant verba, quæ ibidem interserit. // Eapropter revera maxime consentaneum erat bonitati Dei magnum illud opus //.

Ad Anselmum quod attinet negamus eum admisisse necessitatem reparandi hominem lapsum absolutam seu naturæ. Neque enim id probat primum illius testimonium, quod non incommode intelligi potest de eo, quod positive indecens ac indignum est Deo, non autem de eo, quod negative tantum inconveniens est. Hominem porro lapsum non reparari, non positive quicquam indecens est. nullum enim inde dedecus, aut malum, aut imperfectio Deo accedit; sed indecens est negative, quia omitteret id facere quod est quidem conveniens ac congruum, sed ad quod faciendum nulla necessitatis lege tenetur.

Ad secundum illius testimonium dicimus, mentem s. Anselmi esse, necesse fuisse a Deo reparari hominem, ex hypothesi quod voluerit Deus numerum Angelorum, qui lapsi sunt, supplendum esse ac per homines restaurandum: quæ hypothesis cum plane libera sit, libera quoque dicenda est Incarnatio, et liberatio hominis non necessaria.

Cfr. ad 4. Adversus 4tam propositionis partem. Non potuit Deus peccatum impunitum, et sine satisfactione dimittere: ergo ex hy-

[Margin notes:]

, Ad s. Athanasii indecorum negative tale, indecorum positive

si non venisset, misisset [illegible] causas habuisset non nostras [illegible] addit Athanas.

opponentes 13. contra 13. partem afferre: 1.° Sant. [illegible] s. [illegible] [illegible] Nec Anselmum necessitatem absolutam

testimonium accipere de eo, quod positive indecens

Ad 1. test. Anselmi necesse fuit hominem reparare [illegible] quod voluerit numerum [illegible] supplere.

hypothesi quod hominem ad pristinum statum revocare voluerit, necessaria fuit Incarnatio. Antecedens constat ex doctrina sancti Anselmi in libro nuper citato cap. 19., ubi haec habet. // Tene igitur certissime, quia sine satisfactione, id est sine debiti solutione spontanea nec Deus potest peccatum impunitum dimittere, nec peccator ad beatitudinem vel talem qualem habebat antequam peccaret, pervenire //. Consequens debuit ipse sanctus Doctor cap. 20. in quo docet, ejusmodi satisfactionem non a mero homine, sed a solo Deo incarnato potuisse exhiberi. Hanc eandem sententiam secuti sunt Ricardus Victorinus de Incarnatione cap. 8., et Guillelmus Parisiensis in libello de causis cur Deus homo factus sit

Argumentum ... Anselmus contra q. sequens, quia per ipsum non potuit Deus peccatum impunitum dimittere, et ideoque volens reparari e

quia satisfactio a mero homine fieri non potest

S. Ricardus V., et Guillelmus.

Resp.

Nego antecedens. Ad probationem respondeo, de sancti Anselmi sententia varias esse Theologorum opiniones. Tournelyus Quaestione 4., conclusione 2a putat, doctrinam sancti Anselmi simpliciter veram esse, si sermo sit de potentia Dei ordinaria et jure virtutibus temperato seu juxta divinae justitiae leges; non autem de potentia absoluta et extraordinaria. Verum ex quamcumque et in quamcumque hypothesi Deus non potest efficere, quod positive ipsum dedecet eoque indignum injustumque est. Porro ex mente et ratiocinio sancti Anselmi remittere peccatum gratis et absque condigna satisfactione Deum positive dedecet, ipsoque indignum et injustum est: ergo ex ejusdem Doctoris sententia ne potentia quidem extraordinaria et absoluta potest Deus gratis et absque satisfactione dimittere peccata.

Tournelyus putat veram esse s. Anselmi doctrinam si sermo sit de potentia ordinaria e.

Sed perperam, quia tunc si ~~faceret~~ si dimitteret sine satisfactione, positive dedeceret, ideoque nec de potentia extraordinaria

Respondent alii cum sancto Bonaventura et Alensi, sanctum Anselmum loqui duntaxat de necessitate consequente liberum Dei decretum de plena et condigna exigenda satisfactione. Verum haec interpretatio vix satisfacit verbis Anselmi, quibus expresse negat esse in Deo libertatem aliquid injuste agendi, hoc est peccatum sine satisfactione dimittendi: // non pertinet, inquit cap. 12., ad ejus libertatem, aut benignitatem, aut voluntatem, peccantem, qui non solvit Deo, quod abstulit, impunitum dimittere //. Non ergo de necessitate consequente decretum intelligendus est Anselmus, sed de antecedente ipsum decretum de satisfactione illa necessario exigenda.

Alii putant loqui de necessitate consequente liberum Dei arbitrium de exigenda condigna satisfactione.

Sed non quadrat cum verbis Anselmi

Re-

Recentiores ipsum explicant de necessitate secundum quid, hoc est de necessitate congruentiae, vel de necessitate per respectum ad perfectum redemptionis modum juxta strictos justitiae apices: quam quidem interpretationem nos etiam adhibuimus exponentes illius testimonia in objectione sexta proposita, quae tamen in diversa hypothesi proposita fuerant, ut patet.

Alii denique ingenue fatentur, Anselmum revera sic opinatum esse, sed eum tamen contra tot scripturae aperta testimonia, tam gravem Patrum auctoritatem, totque e ratione deprompta momenta sequendum non esse. Durius certe s. Anselmus locutus esse videtur, quam ut in bonam partem ita facile inflecti possit. Sed judicium hoc penes illum sit, cui maturior et perspicacior est intellectus. Ricardus et Guillelmus, qui Anselmo adjuncti fuerunt, commodius exponuntur de necessitate consequente liberam Dei legem de postulanda satisfactione accurata.

Inst. Sed inquies praeter Anselmum multi quoque ex antiquis Patribus eandem propugnarunt sententiam; inter quos Irenaeus lib. 3. c. 20. // Nisi homo, inquit, conjunctus fuisset Deo nostro, non potuisset particeps fieri incorruptibilitatis //. Athanasius oratione 3. num. 33. contra Arianos // Nisi quae, inquit, propria sunt carnis, Verbi esse dicerentur, ab his homo non penitus fuisset liberatus //. Cyrillus Alexandrinus Dialogo de Incarnatione: // Verus, inquit, apprehendit non Angelos sed semen Abrahae. Hoc enim modo et non alio poterat recuperari genus in corruptelam prolapsum //. Et denique Leo Magnus serm. 1. de Passione Domini // Talibus, inquit, vinculis tenebamur obstricti, ut nisi per hanc opem non possemus absolvi //. ergo &.

Resp. Nego antecedens. Patres adducti intelligendi sunt loqui ex hypothesi accuratae satisfactionis, quam Deum repetere statuisse ex scripturis manifestum est. Aliter secum ipsi, et cum aliis Patribus hostiliter pugnarent. Exemplo sit sanctus Augustinus, qui cum serm. 174. de verbis Apostoli dixisset, // non liberaretur humanum genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus,,, et serm.

Recentiores de necessitate secundum quid, idest convenientiae et nos etiam si hypothesi.

Alii sic revera opinatum esse sed non sequendum!

Ricardus et Guillelmus possunt exponi de necessitate consequente liberam Dei

Inst. ex aliis Patribus Irenaeo, Athanasio Cyrillo Alex. et Leone M.

Resp.

Patres isti loquuntur in hypothesi accuratae satisfactionis

exemplo sit Augustinus qui dixit Irenaeus

ejusdem temporis in appendice: // transgressio primi hominis totum decepebat mundum, ut nullum esset salutis remedium nisi Christus adveniret e cœlo //: libro tamen de agone Christiano cap. 11. aperte asserit: // sunt autem stulti qui dicunt: non poterat aliter sapientia Dei homines liberare nisi suscipiens verbis hominem et nasceretur ex fœmina, et a peccatoribus omnia illa pateretur? Quibus dicimus: poterat omnino //.

Object. 5. Contra eandem partem hoc adhuc opponunt. Justitia Deo est naturalis et essentialis: atqui justitia vult ut peccatum puniatur: ergo etc.

Resp. Distinguo majorem. Justitia essentialis est in actu primo concedo: in actu secundo, seu quoad effectus et exercitium nego majorem. Justitia in actu primo est Dei proprietas sicut et misericordia. utraque autem est eo sensu Deo essentialis et naturalis, neutra vero in actu secundo, seu quoad exercitium. unde sicut potuit Deus actu non misereri hominis peccatoris, sic potuit etiam adversus eum justitiam non exercere.

Inst. Non magis Deus abstinere potest a pœnis peccatori infligendis, quam a præmiis justo reddendis: atqui hoc non potest: ergo nec illud.

Respons. Nego majorem, et paritatem. Discrimen est, quod meritum jus acquirat personæ bene merenti: peccatum autem jus acquirat non peccatori, sed parti læsæ. Non posset ergo qui bene meruit præmio fraudari, quia jure suo spoliaretur. quod Deus facere non potest, quia agitur de alterius jure quod illibatum servare debet. At jure suo ipse cedere potest, et quod sibi debetur gratis remittere. Cum ergo reus non sibi, sed Deo pœnas debeat, Deus illas potest citra ullius alterius injuriam relaxare. Deus enim dum pœnas relaxat nemini injuriam facere potest. Et quidem non sibi: volenti enim injuria non fit. Non peccatori, cui contra summa fit gratia. ergo etc.

Cap.

sicut potuit non misereri,
sic justitiam non exercere,

si non dat præmium
lædit jus alterius,
si non punit, lædit jus suum?

Caput V.

De constanti Dei voluntate non reparandi genus humanum citra exactam satisfactionem; quo posito decreto, Verbi divini Incarnationem prorsus necessariam fuisse probatur.

Quid accurata et perfecta satisfactio?

Ut perspicuus fiat controversiae status, quam in hoc capite pertractandam suscipimus, utque ad convellendum Socinianae sectae de Christi satisfactione impium errorem via aperiatur, ipso primo in limine quid accurate satisfactionis nomine veniat est exponendum. Jam vero exacta et perfecta satisfactio definiri solet, redditio voluntaria honoris aequivalentis, ex propriis et alias indebitis, ad compensandam injuriam alteri factam. Primo itaque dicitur redditio, quia est honoris ablati reparatio, et actus justitiae ad alterum; nemo enim proprie loquendo sibi ipse quidquam reddit: unde debitum quoddam connotat, ideoque a gratuita et simplici donatione distinguitur. Dicitur deinde voluntaria, tum quia est actus virtutis justitiae, adeoque liber esse debet; tum quia ut spontanea culpa imminutus est honor, ita voluntate resarciendus est. Unde qui scelerum poenas damnati a judicibus luunt, ii quidem satis pati possunt, non tamen idcirco satisfacere proprie censentur. Additur insuper honoris aequivalentis, id est ejusdem aestimationis ac valoris cum debito: satisfactio enim cum ad justitiam pertineat, aequalitatem necessario postulat. Subjungitur tertio ex propriis, et alias indebitis; hoc est ex ejusmodi bonis, quae sunt in potestate ac libertate debitoris. Si enim satisfactio fiat ex bonis alterius, sive creditoris, sive alterius cujuscumque, tantum abest ut tunc sit actus justitiae, quin potius nova quaedam inaequalitas inducitur. Sic etiam non censeretur legitime satisfacere, qui id offerret, quod jam alio titulo debet. Denique dicitur ad compensandam injuriam alteri factam; nec quod satisfactio distinguitur tum a restitutione, quae non injuriam personae illatam, sed damnum in rebus injuste factum compensat; tum a merito, quod solum ad praemium obtinendum refertur.

Redditio, quia restituit ad alterum connotat debitum &c.

Voluntaria quia actus virtutis ideoque liber &c.

satisfactio pertinet ad justitiam ideoque ejusdem valoris

distinguitur a restitutione et merito

Scholium

Sociniani non modo Deum sine ulla satisfactione pec-

at-

catum remittere nolle, sed et semper voluisse existimant: ita ut quotiescumque peccator ad Deum redire statuerit, sola fide ac resipiscentia, nulla vero satisfactione indigeat: poena vero ad eos solos, qui in scelere obstinati maneant aut moriantur, pertineant: quo impio dogmate crucem Christi evacuant, omnemque illius satisfactionis necessitatem subvertunt. Ad eos itaque refellendos sit.

Propos.

Constans in Deo semper fuit voluntas non remittendi peccatum citra exactam plenisque omnibus absolutam satisfactionem: quo posito decreto ut genus humanum repararetur necessaria prorsus fuit Verbi divini Incarnatio.

Probo ex eo quod decreverit Deus &c.

Pars prima probatur. Decreverat Deus, se nolle citra Christi passionem et mortem auferre peccata, eorumque poenas relaxare, et humanum genus redimere: sed in hac Christi passione et morte accuratissima et perfecta satisfactio continetur: ergo &c. Minor probabitur, cum de perfectissima Christi satisfactione libro v. sermonem habebimus. Major autem constat ex innumeris tum veteris, tum novi testamenti locis. Et primo quidem huc spectant verba illa Isaiae 53. ubi de Messia sic scribit: Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super eum, et livore ejus sanati sumus... posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum... Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevum. Huc spectant verba Pauli ad Romanos 3 v. 25 ubi de Christo ait: Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum. Huc ejusdem Pauli caput 9. et 10 in epistola ad Hebraeos, ubi ex professo docet et probat novam legem veterem et Mosaicis sacrificiis Christi sacrificium in cruce oblatum succedere necessario debuisse. quia nempe statuerat Deus, sine sanguine non auferre

pec-

Pro minore: ubi abundavit [illegible] superabundavit gratia
veni ut vitam habeant.

maj. ex Isaia

ex Paulo ad Hebr.
ubi probat novam legem.

ex divo Petro.

Huc faciunt loca &c. ubi Deus peccatores persequitur &c.
severe punit

Psalm.

Deuter.

Ezech.

Similiter odio ad Galat.
sunt Deo impius et impietas eius sim.

Ego sum Deus zelotes visitans &c.

Gen. in quacumque die comederis
ex eo morte morieris

Finis universae carnis venit coram me

Civitates incensae &c.

Pars 2. Posita vol.

Prob. min. ex S. Paulo, qui
docet omnes minime idoneos &
ad unum Christum

peccata sine sanguinis effusione non fit remissio. Huc spectant illa divi Petri Actor. 4. Non est in alio aliquo salus; neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. ergo &c.

His omnia illa addi possent scripturae loca, in quibus Deus ipse praedicat quanto sit in peccatum odio, quanta in peccatores ira, quanta in peccato puniendo severitate, quam firmo in animo de eo persequendo proposito. Legimus enim Psalmo 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus. Legimus in Deuteronomii capite 32. v. 21. Ipsi provocaverunt me ... ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima. Legimus Ezechielis 5. v. 13. complebo furorem meum et requiescere faciam indignationem meam in eis. Et rursus apud eundem cap. 18. v. 20. Anima quae peccaverit ipsa morietur. Legimus denique, ut cetera omittam, in Apostolo ad Galatas 3. v. 10. maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Ex quibus omnibus facile quisque colligit, constantem semper in Deo fuisse peccati puniendi voluntatem, nec illud sine satisfactione remittendi. Patrum testimonia hac de re omittimus; neque enim quis potest de illis vel leviter dubitare.

Pars altera probatur. Posita in Deo voluntate non remittendi peccatum citra exactam satisfactionem, necessaria fuit Verbi divini incarnatio, ut genus humanum repararetur, si nulla creatura, quae Deo hypostatice unita non sit, quibuscumque gratiae divinae subsidiis instructa, condignam divinae justitiae satisfactionem pro importata per grave peccatum injuria exhibere potest. atqui res ita se habet: ergo &c. Minor probatur. Apostolus Paulus cap. 3 ad Romanos postquam universos homines ad salutem consequendam minime idoneos ex sacrarum scripturarum oraculis demonstravit, ad Christum deinde sermonem convertit, tanquam solus ille condignam Patri satisfactionem obtulerit, justitiamque pro hominum noxis debitam persolverit. Omnes, inquit v. 23.

pec-

peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quae est in Christo Jesu. quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiae suae &c. Constanter deinde in ceteris suis epistolis ita loquitur de Domino nostro Jesu Christo, ut apertissime indicet illi tantummodo competere posse nomen et officium Salvatoris, Reparatoris, mediatoris. Talis ad Hebraeos cap. 7. v. 26. decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior caelis factus, qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Et 1. ad Tim. c. 2. v. 5. unus enim Deus unus et mediator Dei et hominum Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Et ad Ephes. c. 2. v. 14. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Ergo &c.

constanter in suis epist. probat soli Xto competere nomen et officium

Accedit Psaltes regius qui Psalmo 48. v. 8. aperte excludit quamvis aliam creaturam a Redemptionis officio. Frater inquit non redimit, redimet homo? Non dabit Deo placationem suam et pretium redemptionis animae suae. Quasi diceret: frater fratrem suum non redimit; quomodo igitur extraneus redimere illum poterit? Nihil sane Deo potest offerre quod ejus irae placandae idoneum esse valeat. Et Christus ipse apud Matthaeum cap. 16. v. 26. Quam dabit, inquit, homo commutationem pro anima sua? ergo &c.

ex Psalmista

et Xto

Probatur 2do ex Patribus. Ambrosius in laudatum Psalmum, // Frater, inquit non redimit, redimet homo? Quia sicut unus Deus; et unus mediator Dei et hominum Christus Jesus Ipse est solus, qui redimet hominem vincens pietate germanos, qui pro alienis sanguinem suum fudit; quem nemo potest offerre pro fratre //. Basilius vero ex eodem Psalmi loco sic arguit: // Ne igitur fratrem quaeras, qui redimat; sed eum, qui naturam tuam superat. neque merum hominem, sed hominem Deum Jesum Christum

Ambros.

Basilius

qui

qui solus potest dare propitiationem Deo pro omnibus nobis.
Alios Patres afferimus in instantia objectionis 4tae ad propositionem capitis praecedentis. et plures legi possunt apud Petavium lib. 2. de Incarnat. c. 12.

Probatur tertio ratione. Satisfactio purae creaturae quibuscunque gratiae donis instructae condigna et accurata esse nequit: ergo, posita Dei voluntate q. Antecedens probatur. Ut satisfactio condigna sit et accurata, debet esse ex propriis, et alias indebitis, et irrogatae per lethalem noxam Deo injuriae par et aequivalens: sed satisfactio purae creaturae quibuscunque gratiae donis instructae ex propriis et alias indebitis, et irrogatae per lethalem noxam Deo injuriae par et aequivalens esse nequit: ergo q. Minor quoad primam et secundam partem probatur. Nihil est, nec esse potest in nobis, quod Dei non sit, sive in ordine naturae, sive in ordine gratiae: in ipso enim vivimus, movemur et sumus, ut legitur Actor. 17. v. 28. nec sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ut habetur 2. ad Cor. c. 3. v. 5.: cum igitur hominis satisfactio nequit esse ex propriis, et consequenter neque ex indebitis, cum omnia nostra multiplici titulo, Religionis nempe, justitiae, et grati animi nomine Deo debeamus.

Eadem minor probatur quoad tertiam partem. Injuria Deo per gravem culpam irrogata est ~~superioris ordinis, et~~ infinitae gravitatis* ~~saltem extrinsece et objective~~: injuriae enim gravitas repetitur ex ~~par~~ persona laesae gradu ac dignitate, quae utique superioris ordinis est et infinita: merae autem creaturae quibuscunque gratiae donis instructae satisfactio inferioris ordinis est, nulloque modo infiniti valoris esse potest, cum ejus valor ex persona satisfaciente potissimum repetatur: ergo satisfactio purae creaturae quibuscunque gratiae donis instructae, irrogatae Deo per lethalem culpam injuriae par et aequivalens esse nequit: proindeque posito decreto Dei q.

* intrinsece et moraliter, ut volunt Thomistae et alii passim, vel saltem extrinsece et objective ut volunt alii cum Suarez, certe superioris est ordinis injuria enim gravitate q.

Corol. Cum igitur ex una parte agnoscenda sit in Deo sincera voluntas salvandi omnes homines, etiam supposito peccato originali, ut in tractatu de Deo ostensum est, et ex alia parte fieri id nequeat citra condignam satisfactionem, quae a pura creatura exhiberi non potest; consequens omnino est in praesenti rerum ordine necessariam fuisse Incarnationem

Obiect. 1

Opponunt cum Crellio de Deo cap. 23. contra primam Propositionis partem, et inquiunt: Deus pollicitus est resipiscenti: bus veram et liberam omnium criminum condonationem, et veniam Isa. 55. v. 7. Ezechielis 18 v. 21., aliisque in locis: ergo etc. Obiect. 1

Distinguo antecedens. Deus pollicitus est etc. intuitu satisfactionis Christi, esto. sine ullo ad illam satisfactionem respectu, nego antecedens, et consequentiam. Sic itaque in locis promittit quidem Deus hominibus resipiscentibus gratiam et aeternae poenae condonationem, imo et certo cuiusdam vera temporariis relaxationem; sed non omnium. Neque enim ita agere solet, quinetiam David resipiscenti, aliisque poenitentibus in Scripturis legimus poenas etiam quodammodo inendas irrogasse, sed esto omnes omnino poenas condonet: quid inde? Liberum ne certo semper est, inquam, vel intuitu hominibus haec beneficia praestet, porro si Scripturas rimari voluerimus, statim deprehenderemus verum esse Christum, qui satisfactione sua suoque sanguine nos Deo reconciliaverit, et non modo peccatorum, sed omnium etiam poenarum remissionem nobis promeruerit. Resp.

Contra eandem partem opponunt iterum cum Crellio. Potuit Christus aliis de causis pro humano genere mori, quam ut satisfactionem exhiberet, nimirum ut doctrinam salutarem, quam praedicaverat, confirmaret, atque summam suam divinae caritatem erga homines demonstraret: ergo etc. Obiect. 2.

Respondeo imprimis Scripturas nobis divinandum non reliquisse quâ de causâ Christus pro humano genere mortuus sit. Passim enim et apertissime inculcant Christum esse mortuum, ut pro nobis pretium daret. Respondeo 2do, quod etsi Scriptura non ita aperte istud doceret, manifestum tamen foret, nullam aliam esse potuisse mortis Christi causam, quam satisfactionis necessitatem. Christus enim miraculis suis satis doctrinam suam confirmaverat, summam suam charitatem satis demonstraverat tot peractis in terra laboribus; satis homines docuerat quanta Dei benignitas esset qui proprium Filium ad servandos homines misisset. Cur ergo Deus Filium unice dilectum tam dira, tam tormentosa morti obiecisset, nisi alia causa impulisset? Quae autem alia intelligi potest, quam quae revera impulit, hoc est necessitas satisfactionis ad expianda scelera humana necessaria? Resp.

Obiect.

Solve per distinctionem.

idest intuitu satisfactionis futurae.

aliter nego.

Natan ad Davidem et Dominum quoque transtulit peccatum tuum; veruntamen Filius qui natus est tibi morte morietur.

intuitu Christi Reconciliati gratiae.

ipsius meriti sui.

opp. potuisse Christum alius de causis pati. ut confirmaret doctrinam.

solv. 1. clare loquuntur scripturae

2do etsi non clare, tamen satis fuerunt.

Nam doctrinam miraculis confirmaverat, laboribus etc.

Non ergo alia de causa morti tam dirae

1°.

Opp. convenientius

Obj. 3 Convenientius videtur, si peccatum remittatur ex mera liberalitate, et gratuita condonatione: ergo non est dicendum, Deum peccatum remittere ultra exactam satisfactionem

Sol. potuit exigere et exegit etiam; ergo. Deus non ita tenetur ad id quod convenientius, ut non possit omittere.

Resp. Respondemus primo, certum esse, quod Deus accuratam satisfactionem exigere potuerit: exegisse autem demonstratum est; nihil ergo ex majori vel minori convenientia colligi potest contra hanc veritatem. Deus namque non tenetur id omne facere quod convenientius est eo sensu, ut non possit etiam illud omittere, ut superius explicatum est. Respondemus secundo, modum redimendi per condignam satisfactionem magis convenientem esse, tum ex parte hominum, qui ita possunt per Christum Deo accurate satisfacere; tum ex parte Dei, cujus plures perfectiones manifestatae sunt, summa praesertim justitia et misericordia, quae conjungi non posse videbantur. Quare scriptum est Psalmo 84: Misericordia, et veritas obviaverunt sibi: justitia et pax osculatae sunt.

Sol. 2. sed convenientior fuit modus tum ex parte hominum tum ex parte Dei.

Obj. 4 Jam insurgunt contra secundam Propositionis partem, et ita opponunt. Pura creatura divinae gratiae adjutorio instructa Deo pro mortali etiam culpa condigne et adaequate satisfacere potest: ergo, posito etiam decreto, necessaria non fuit Incarnatio. Antecedens probatur: Pura creatura divina gratia instructa elicere potest actum perfectae contritionis, per quem tantum Deo refertur honoris, quantum ipsi per mortalem culpam ablatum est: sed per ejusmodi actum condigne et adaequate satisfit: ergo pura creatura etc. Major videtur certa: sicut enim per peccatum homo a Deo avertitur, et convertitur ad creaturam: ita per contritionem perfectam avertitur a creatura, et ad Deum convertitur: conversio autem ad Deum tanti valoris est, ac meriti, quanti demeriti est aversio a Deo.

Opp. Pura creatura gratia instructa potest satisfacere.
Ant. potest actum contritionis
sicut per peccatum aversio a Deo, sic per contritionem etc.

Resp. Nego antecedens. Ad probationem respondeo per actum perfectae contritionis, quem purus homo divina gratia instructus elicere potest, nequaquam tantum Deo referri honoris, quantum ipsi minuit per lethalem culpam illatam injuria. Contritio enim perfecta et conversio ad Deum ex se non tanti meriti est in ordine satisfactionis quanti demeriti est offensa et aversio in ordine offensae. Ratio est, quia offensa est infinita propter infinitam Dei majestatem laesam, a qua offensa speciem gravitatis capit. Contritionis vero, et satisfactionis valor

Sol. nega ant.

Culpa infinita ex parte Dei, contritionis vero finitus etc.

non

non ex objecto tantum, sed moraliter ex ipsa persona satis-
faciente æstimatur quæ cum finita sit, valor quoque satis-
factionis finitus est, et consequenter impar compensandæ of-
fensæ infinitæ.

Inst. 1.

Per actum perfectæ contritionis reconciliamur Deo, et in ejus
gratiam reducimur. ergo qui elicit actum perfectæ contritionis
facit quantum satis est, ut offensus secundum rectæ rationis
et æquitatis leges placari debeat.

Sed reconciliamur Deus

Resp.

Distinguo antecedens. Per actum contritionis reconciliamur
Deo supposita jam condigna satisfactione per Christum omnium
nomine peracta, concedo antecedens. ex legibus æquitatis
et rectæ rationis, nego antecedens, et consequentiam. Audiatur Conci-
lium Tridentinum sess. 6. de Justificatione cap. 7. veteres
causas nostræ justificationis // meritoria inquit (causa) dilecti-
simus unigenitus suus, Dominus noster Jesus Christus, qui
cum essemus inimici propter nimiam charitatem qua di-
lexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis jus-
tificationem meruit et pro nobis Deo Patri satisfecit // et ses-
sione 14 de hoc ipso sequens cap. 8. // Neque vero ait, ita
nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exsolvi-
mus, ut non sit per Christum Jesum, in quo meremur, in
quo satisfacimus facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex
illo vim habent ab illo offeruntur Patri, per illum acceptan-
tur a Patre //.

Solu.

Supposita satisfactione.

Patet Tridentinum

Inst. 2

Lex æquitatis et rectæ rationis postulat, ut qui facit quan-
tum suis viribus potest, reipsa satisfaciat, quia facit quantum
tenetur facere: Sed qui elicit actum contritionis, facit quan-
tum pro viribus potest, ac proinde quantum tenetur facere:
ergo per actum contritionis etiam ex legibus æquitatis, et
rectæ rationis reconciliamur Deo.

Sed per contritionem
facimus quantum possumus
ergo &

Resp.

Nego majorem. Quamvis enim qui facit quantum pro
viribus potest, faciat quantum tenetur facere ad vitandam
novam culpam, novumque debitum non contrahendum:
non facit tamen quantum tenetur facere ad priorem culpam
eluendam, et prius debitum per culpam contractum ex-
pungendum. Quemadmodum qui contraxit debitum centum
aureorum, neque hic et nunc restituere potest nisi quin-

Solu.

non solvit debitum
sed vitat ulteriorem
culpam &.
[illegible] argumentum nimis probat

quin-

quagita, pro universo suo debito non satisfaceret. Sed argu:
mentum nimis probat et patet. posset enim mera creatura
etiam divinae gratiae subsidio destituta pro mortali culpa satis:
facere, quod nemo dixerit.

opponunt adhuc contra sedem p.

Obiect. 5. Peccatum est aliquid finitum. ergo ad illud abolendum non
requiritur ~~non~~ satisfactio infinitae dignitatis, quae vires cujus:
libet creaturae excedat: atque adeo nihil est, cur mera crea:
tura pro peccato satisfactionem idoneam exhibere non possit.

Resp. Distinguo antecedens. Peccatum est quid finitum in genere
entis et quatenus est physica quaedam actio, concedo antece:
dens: in genere moris, quatenus est injuria Deo illata nego
antecedens, et conseq.^m Peccatum ergo spectari potest vel in
genere entis, quatenus est actio quaedam a creatura pro fini:
scens; et eatenus est aliquid haud dubie finitum; vel in ge:
nere moris, quatenus nempe quidam est contemptus infinitae
Dei majestatis, et sic proinde infinitae est gravitatis, cum
injuriae gravitatem ex personae laesae dignitate metiamur. Por:
ro satisfactio natura sua ad compensandam injuriam est
ordinata: ergo infiniti valoris et pretii esse debet.

spectatur peccatum vel in genere entis ut actio q. finitum, vel moris q. infinitum

Inst. 1. Infinito non potest esse quidquam majus: atqui peccata sunt
alia aliis majora: ergo non sunt infinitae gravitatis.

Resp. Distinguo majorem. In eo genere in quo infinitum est, conce:
do majorem; in alio genere nego majorem. Et sic distincta mi:
nore nego conseq.^m Peccatum infinitam contrahit malitiam
quod infinitae dignitatis personam laedat ut saepe dictum est. at:
que ex hoc capite peccatum grave nec augeri nec minui, nec
majus nec minus esse potest. Ex alio tamen capite majus vel
minus esse poterit; nempe quod sit virtualiter multiplex, vel
diutius protractum, vel cum majori reflexione patratum, vel
quod pluribus attributis divinis opponatur q.; quae referunt
moralistae de varia peccatorum specie disputantes.

Sol. peccatum augeri, vel minui in ea parte, in qua non sunt infinita q. ut cum majori reflexione, quod diu pro- trahatur q.

Inst. 2. Christus pro nobis satisfecit actionibus, quae in se finitae erant
utpote ab humana Christi natura profectae: ergo actus fini:
ti sufficiunt ad condignam satisfactionem. cum Christi satis:
factio accurata fuerit, et omnibus numeris absoluta.

Resp. Distinguo antecedens. Per se finitae erant, infinitum tamen
valorem ex divina Christi persona contrahebant, concedo ante:
cedens; undique finitae, nego antecedens, et conseq.^m Cum satis:
factionis valor ac dignitas ex persona satisfaciente potissi:

solve. Actiones Xti finitae, sed ex persona infinitum valorem trahebant q.

mum

num repetitur, Christi autem persona fuerit divina, ac proinde infinitae dignitatis satisfactio ab illo exhibita merito infiniti valoris ac dignitatis esse dicitur, licet actiones, quibus mediantibus peracta est, in se et physice spectata fuerint finitae.

Obiect. 6.

Potest pura creatura exhibere Deo satisfactionem infiniti valoris: ergo &c. Antecedens prob. Potest homo donari gratia infinita: atqui eo in casu satisfactionem infiniti valoris ac pretii exhiberet: ergo &c.

Resp.

Nego antecedens. Ad probationem transmitto majorem. Ut enim vulgare fert axioma, quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur, cum ergo humani animi capacitas limites certos ac finitos habeat, jure dubitari potest, an gratia infinita donari possit. Distinguo minorem. Exhiberet satisfactionem infiniti valoris ac pretii, sed ordinis inferioris, concedo minorem: ejusdem ordinis cum peccati gravitate nego minorem, et consequentiam. Si etenim bonum quodpiam infinitum existeret, id certe nihilominus inferioris Deo ordinis foret, a quo infinito semper intervallo distaret. Ergo cum peccatum ab ipso Deo gravitatem suam desiset, hac gravitas ordinis semper esset illius, qui infinita etiam gratia creata vires superaret.

Inst. 1.

Actus charitatis non minus respicit Deum, quam eum respicit peccatum. ergo si peccatum in ratione injuriae est infinitae gravitatis, actus charitatis pariter in ratione satisfactionis debet esse infiniti pretii.

Resp.

Distinguo antecedens: Non minus respicit, sed diverso modo, concedo: eodem modo nego anteced. et consequentiam. Unum quidem idemque est objectum actus charitatis, et injuriae seu peccatum illata. sed diverso modo ad ista duo se habet. Quoad actum enim charitatis Deus se habet duntaxat extrinsece, sed quoad injuriam seu peccatum lethale factum, Deus in hac moraliter includitur. Actus ergo charitatis non sumit speciem suam ac mensuram ex Deo tam quam ex objecto sed ex peculiari ratione qua in Deum tendit. At vero injuria mensuram suam ex infinita Dei majestate repetit.

Inst. 2.

Potest quis satis pati pro peccato mortali ergo et satisfacere

opponunt posse homini infinita gratia donari, et idiotus.

solv. per axioma &c.

sed etsi gratia infinita &c. tamen satisfactio esset ordinis inferioris, quia per pers. finitam ergo non aequalem ac, ne Deo gravitatem peccati.

solv. per diversum modum, quo actus charitatis et peccatum injuriam [illegible] actus charit. extrinsece, quia non sumit speciem a Deo sed ex Deo &c.

Ob. posse quem satis pati, quia sicut potest ferre poenam extensive infinitam, sic intensive. g.

Antecedens negari non potest: quemadmodum enim poenam extensive infinitam quis ferre potest, et reipsa feret; ita et poenam intensive infinitam poterit sustinere. Consequentia etiam certa videtur, quia qui satis patitur, ille solvit omne debitum contractum, adeoque accurate satisfacit.

Resp. Nego antecedens, et consequentiam. Ad probationem respondeo, hominem nequaquam capacem esse poenae intensive infinitae. Nec valet paritas a poena extensive infinita ducta seu a poena aeterna: poena enim ejusmodi proprie infinita non est, sed finita sine fine; inter quae magnum intercedit discrimen. Sed esto hominem capacem esse poenae intensive infinitae, atque ita posse pro peccato poenam suam exhaurire; nondum tamen pro ablata per peccatum injuria satisfaceret: quia plus requiritur ad satisfaciendum, quam ad satispatiendum. Ad satispatiendum enim satis est, si quis poenam perferat peccato aequalem. Sed ad satisfaciendum non sufficit poena aequalitas: requiritur enim insuper personae satisfacientis par dignitas: pura porro creatura, quantumvis patiatur, ad Dei majestatem pertingere nunquam potest. Ergo etc.

Solv. nego hominem esse capacem poenae intens. inf.ae

poena non aeterna est
poena extensive infini. est finita sine fine

sed esto

ad satisfac. persona par dignitas

Inst. 3. Potest Deus purae creaturae vices suas committere ut exquisito aliquo obsequio Deo offenso satisfaciat, ut eas olim commisit Moysi, quem misit ad Pharaonem, ut dimitteret populum Judaicum ex captivitate: ergo adhuc Incarnatio necessaria non fuit.

Resp. Nego antecedens. Injuria personalis est ejusmodi, ut pro ea satisfieri nequeat nisi a persona tantae dignitatis, quanta est persona offensa, vel per actum qui ejusmodi obsequio aequivaleat. Pura porro creatura ad tantam dignitatem evehi nequaquam potest, nec actum elicere qui ejusmodi obsequio aequivaleat. Res aliter se habet in aliis negotiis, quae, unius, alius personam non exposcunt, in quibus ille, cui vices agendi tribuuntur, non tam Principis ipsius, quam ejus ministri personam sustinet, ut Moyses.

Aliter in negotiis quo Principalis personam non exposcunt

Inst. 4. Si injuria gravitas cresceret pro personae laesae dignitate, satisfactionis autem valor ex personae satisfacientis gradu repeteretur, sequeretur, quod Regem vel levissima injuria laesisset, nunquam nisi cum ingenti gravis facinore eluere posset. Atqui hoc est absurdum: ergo etc.

Resp. Nego majorem. Satisfactionis enim valor non modo ex personae satisfacientis gradu, sed etiam ex objecto repetitur.

Ita-

Itaque cum injuria illata finita est gravitatis, potest fieri ut facinoris ac rei oblatae in satisfactionem excellentia, id quod personae deest suppleat, ac distantiam illam, quae inter personam laesam ac satisfacientem interjacet, merito superare censeatur. At ubi distantia infinita est, illa vinci nequit. Quocirca etsi privatus possit forte Regi a se laeso facere satis, non potest tamen Deo mera creatura.

Quaeres hoc loco, an mera creatura pro peccato saltem veniali rite satisfacere queat. Qua de re nancis respondeo, doctos gravesque Theologos censere, simplicem creaturam ne pro peccato quidem veniali de condigno satisfacere posse. Rationes, quas afferunt, sunt illae ipsae quibus ostendunt, necessariam fuisse Incarnationem ad satisfaciendum pro peccato lethali. Quamvis enim per peccatum veniale homo non avertatur a Deo tanquam ab ultimo fine; inest tamen illi peccato vera offensae ratio qua de honore Deo debito nonnihil detrahitur, quae proinde extrinsece saltem et objective infinitae gravitatis est; atque idcirco ad illius aequivalentem satisfactionem persona infinitae dignitatis requiritur. Accedit quod nulla potest exhiberi a mera creatura satisfactio etiam pro peccato veniali, quae omnes ejusmodi conditiones complectatur, quas superius commemoravimus, et ad exactam numerisque omnibus absolutam satisfactionem requiruntur. Hac certe satisfactio non esset ex propriis; cum nihil omnino creaturae insit, quod Dei non sit: non esset ex indebitis, nihil enim habere possumus, quod Deo non debeamus, juxta illud Apostoli: Quid habes, quod non accepisti?
Schol.

Caput VI.

De Incarnationis cognitione, quam Angeli boni, malique; tum primi nostri Parentes, veteresque Patriarchae, ac Gentiles ipsi habuerunt.

Neminem ex iis, quos aeternam salutem consecutos esse ex sacris litteris novimus, mysterii Incarnationis notitia Quaestionis status

ca-

carnyse, vel inde constat, quod ut habet Apostolus ad Hebraeos cap. 11. sine fide impossibile est placere Deo. Neque enim ut loquitur S. Petrus Actor. 4. v. 12 aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Unde Augustinus de peccato originali cap. 24 // sine fide Incarnationis, inquit, et mortis et resurrectionis Christi nec antiquos justos, ut justi essent, a peccatis potuisse mundari et Dei gratia justificari, veritas Christiana non dubitat. // Et libro 18. de Civit. Dei cap. 47. // Nemini, ait, concessum fuisse credendum est (ut Deo placeret et secundum Deum viveret) nisi cui divinitus revelatus est unus mediator Dei et hominum Christus Jesus. // Quinque porro sunt creaturarum ordines, de quibus quaestio instituta exquirit, an iis Incarnationis mysterium perspectum fuerit antequam reipsa perageretur. Primo siquidem quaeritur, an notum illud fuerit Angelis. 2do an innotuerit daemonibus. 3tio an perspectum fuerit Adamo tum ante tum post lapsum. 4to an veteribus Patriarchis, Prophetis, universaeque nationi Judaicae exploratum fuerit. 5to denique num Gentilibus ipsis patuerit. Nos ad singulas has quaestiones breviter definiendas accedentes, sic imprimis statuimus.

Propos. 1. Divina revelationis beneficio Angeli beati Incarnationis mysterium et antequam perageretur et ubi in tempore peractum est, agnoverunt.

Pars prima probatur. Extant imprimis in divinis litteris de venturo Messia Deo et homine plures, eaque non obscurae promissiones et vaticinia, quibus homines ipsi in hujus mysterii cognitionem et fidem antequam perageretur adducti sunt: Ergo multo magis beatis illis, lucidissimisque sanctorum Angelorum mentibus innotescere debuit. Testatur id de Cyrillus Alexandrinus in libro ad Theodosium de recta fide, quam primum mysterium ipsum Angelo Gabrieli revelatum fuit, ut illud Virgini annuntiaret, mox et eodem temporis puncto ceteris etiam Angelis simul innotuisse: ergo

Pars altera probatur. Et primo quidem Hebraeorum 1. v. 6 ... : Cum introducit primogenitum in orbem terrae dicit et adorent eum omnes Angeli ejus Dei: quibus verbis just-

sunt

[Marginal notes:]
nota Aug.
et iterum
Quinque creaturarum ordines de quibus quaeritur.
Prob. 1.a
Extant in scripturis.
70. hebdomades &.
adhuc modicum &.
confortare Zorobabel &.
ergo ... Angelis &.
Nota Cyrillus Alex.
Prob. 2.a

sunt Angeli unigenitum Dei Filium adorare, mox atque introductus est in mundum: sed non potuerant adorare quem non noverant: ergo &c. Deinde testatur idem Apostolus Angelis apparuisse, seu manifestatum esse Deum carne indutum 1. ad Tim. 3. v. 16. *Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit Angelis* &c. Tertio simul atque natus est Christus, non modo ex Angelis unus apparuit Pastoribus, iisque dixit Lucae 2. v. 10. *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in Civitate David.* Sed etiam ut habetur ibidem v. 13 *subito facta est cum Angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum, et dicentium: gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Denique cum post quadraginta jejunii dies esurire coepisset Christus. *Ecce*, inquit Matthaeus cap. 4. v. 11 *Angeli accesserunt, et ministrabant ei.* Ergo &c.

ex eodem Apostolo ad Tim.

Paul. ad Eph. mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec

Obiect. Angeli post Christi ascensionem interrogabant, quisnam ille esset Psalm. 23. v. 8. et 10. *Quis est iste Rex gloriae?* Et Isaia 63. *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* Apostolus vero ad Ephes. 3. postquam dixit sibi datam esse gratiam hanc, ut illuminaret omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo, sic addit v. 10. *Ut innotescat*, inquit, *principatibus et potestatibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei* &c. Atqui non pauci Ecclesiae Doctores ex allatis Psalmistae, Isaiae et Apostoli locis colligunt, mysterium Incarnationis Angelos diu latuisse etiam peractum, ut videre est apud Natalem, qui inter ejusmodi Patres recenset Justinum in dialogo cum Tryphone, Nyssenum Homil. 8. in Cantica, Ambrosium, Hieronymum, aliosque: ergo &c.

= qui venit de Edom &c. idest de Idumaea, populo Gentilium; mirabantur etiam Apostoli quod verbum et fides ad Gentiles etiam extenderetur, quod habes Act. 10. vide &c.

unde quaerebant hic, qui videbantur duces etiam Gentilium, ut dicunt Athanas. Quis est iste qui venit de Edom nisi tinctis vestibus de Bosra meta-
lis [illegible]

tinctis vestibus de sanguine hostili Bosra significat etiam [illegible]

Resp. Ad priora duo Scripturae testimonia respondemus, voces illas non esse dubitantium Angelorum, aut ignorantium, sed mirantium potius, quibus triumphi magnitudo, et maxima Christi gloria ostendebatur. Ad Apostolum quod attinet, is non dicit, tunc demum innotuisse Angelis hoc mysterium

ex

sed multiformem Dei sapientiam, quæ post peractum hoc my-
sterium in ecclesia stabilienda mirum in modum eluxit.
Noverant ergo jam hoc mysterium haud dubie; siquidem in cæ-
lum jam ascenderat Christus: sed infinita, quæ in homines ex
eo derivanda erant beneficia, multiplicem ac mirabilem eccle-
siæ disseminandæ modum, arcanam vocandarum gentium ra-
tionem varias, quas in hoc negotio inductura erat sapientia
divina formas non noverant: quæ decursu temporis per eccle-
siam didicerunt. Hoc autem qualiter factum sit exponit An-
selmus commentario in excitatum Apostoli locum ita disserens
„Quod beati Angeli, qui immediate Verbum conspiciunt, in
quo videntur omnia, a viatoribus doceantur, dici non debet, nec
conveniens videtur. Dicendum est ergo, quod innotuit Ange-
lis, per Ecclesiam primo per Apostolos prædicantes, non quod
Angeli hoc didicerint ab eis, sed in eis“. Hinc habes etiam
quid respondere debeas adductis Patribus, vel aliis etiam
Scripturarum testimoniis, si quæ adducantur quæ discordan-
tia esse videantur. Dicendum nempe est, tum per Ecclesiam
Angelis innotescere cœpit clarius multiformis sapientia Dei,
in ea dumtaxat cognitione profecisse: quia ut ait Anselmus
in commentariis ad laudatum Apostoli locum „ plurima se-
creta tunc didicerunt Angeli, quæ ignorabant “.

Propositio 2 Dæmones Incarnationis mysterium etiam peractum non
certo, sed ex conjectura tantummodo cognoverunt.

Pars prima probatur primo ex Scripturis. Matthæi 4. v. 3.
Diabolus sollicite vias omnes explorans, quibus Christum certo
cognoscere possit, sic post quadraginta dierum jejunium illum
tentasse legitur: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fi-
ant. Ergo cum videret Jesum Nazarenum esurire, sitire, pati
communibusque humanæ vitæ miseriis obnoxium esse, an
Messias esse dubitans et nesciens ejusmodi defectus cum Je-
su Nazareni divinitate conciliare, illum certo nequaquam
cognovit. Et rursus ibidem postquam assumpsit eum Diabo-
lus in montem excelsum valde et ostendit ei omnia regna
mundi, et gloriam eorum, dixit ei: hæc omnia tibi dabo, si
cadens adoraveris me. Sed Diabolus, qui noverat ex Scripturis
Messiam esse futurum Deum et hominem simul, si scivisset
Jesum Nazarenum hujusmodi fuisse, nunquam ab eo la-
triæ cultum exegisset: ergo &. Apostolus præterea 1. Cor.
2. v. 7 de Incarnationis mysterio disserens: Loquimur, in-

quit

Mat. 4. Tunc Jesus ductus est in desertum
ut tentaretur a diabolo, et cum
jejunasset &.
Et accedens tentator

Tunc assumpsit eum diabolus in s. civitatem
et statuit supra pinnaculum &.

Sed si diabolus
scivisset &.

Apostolus vero &.

quit, Dei sapientiam in mysterio quae abscondita est... quam nemo principum hujus saeculi cognovit; si enim cognovissent nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Sed principum nomine plures Patres intelligunt daemones ipsos, qui principes sunt hujus saeculi; quod saepe dicebat Christus Joannis 12 v. 31 Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras: ergo non cognoverunt hoc mysterium, adeoque, ut sacra aperit Augustinus, auctores fuerunt Judaeis ut Jesum Nazarenum in crucem agerent; ad quod facinus nequaquam impulissent Judaeos, si certo cognovissent Jesum esse Messiam eque venisse. noverant enim ex Prophetis, se per Messiae mortem spoliandos esse imperio, quo a primi parentis peccato in homines saeviebant.

Probatur ex Patribus; inter quos S. Ignatius martyr in epistola ad Ephesios num. 19. ait Christum ex Virgine nasci voluisse, ut partus ejus diabolo celaretur, quod quidem notavit etiam Origenes Homil. 6. in Lucam, Hieronymus in Matthaeum ad 1 c. 1.. S. Ambrosius in cap. 6. Lucae et Cyrillus lib. 9. in Joan. docent Christum noluisse ut discipuli ipsum diserte praedicarent esse Christum ut melius vincere valeret. Augustinus lib. 9. de Civ. Dei c. 21. asserit de Christo dubitasse daemonum principem, eumque saevo tentasse, an Christus esset. Et denique S. Leo serm. 11. de passione consilium Dei in occultando Incarnationis mysterio istud fuisse docet. "Nempe ut humanum genus vinculis mortiferae praevaricationis absolveret et severitati diaboli potentiam suae majestatis occuluit, et infirmitatem nostrae humilitatis objecit. Si enim crudelis et superbus inimicus consilium misericordiae Dei nosse potuisset, Judaeorum animos potius temperare, quam injustis odiis studuisset accendere, ne omnium captivorum amitteret servitutem, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem".

Pars altera probatur. Lucae cap. 4. v. 34 Daemon quidam dicit ad Christum: Quid nobis et tibi Jesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui sis, sanctus Dei. et vers. 41. haec sequuntur. Exibant autem daemonia a multis clamantia et dicentia: ~~[illegible]~~ quia tu es filius Dei et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Atqui S. Hieronymus in ejusmodi Evangelii textus aperte ait: "Daemones suspicati magis filium Dei,

quam

Tradit Aug.us incitasse diabolum in Judaeos &c.

ex Patribus &c.
S. Ignatius m.
Hier. &c.
Ambros. et Cyrillus docent noluisse filium palam ab Apostolis praedicari, ut falleret diabolum
Aug.us idcirco diabolum tentasse
et S. Leo

Luc. 4. et in synagoga erat homo habens daemonium immundum et exclamavit voce magna dicens: sine: Quid &c.
.. et increpavit illum Jesus dicens obmutesce, et exi ab eo.. Et cum projecisset illum daemonium in medio, exiit ab illo

quam nosse intelligendi sunt //; quam quidem sententiam secutus est etiam S. Gregorius magnus lib. 2. moral. c. 11. cum inquit: // Hoc dicens, cognoscendo Dei Filium pertimescit, sed tamen vim supernæ pietatis ignorans, dum passibilem conspicerat, hominem purum putat //. Dæmones ergo ex conjectura duntaxat Incarnationis mysterium agnoverunt.

Object. 1. Patres non raro contra Arianos urgent Diaboli testimonium, ut Verbi divinitatem asserant. // Ante hujus nominis proprietatem dæmones nescierunt? (verba sunt S. Hilarii lib. 6. de Trinitate) Dignum est enim hæreticos non jam apostolicis doctrinis, sed dæmonum clamore convinci. Clamant enim et sæpe clamant: Quid mihi et tibi est, Jesu Fili Dei altissimi? Invitis veritas elicuit confessionem et naturæ potestatem testatur dolor obediendi, //: ergo Patribus persuasum fuit Diabolum cognovisse Jesum Nazarenum esse Messiam esse convictum; alioquin enim non valeret illorum adversus Arianos argumentum.

Resp. Concedo antecedens; distinguo consequens. Patribus persuasum fuit Diabolum cognovisse cognitione dubia Jesum Nazarenum esse Messiam, concedo consequentiam; cognitione certa, nego consequentiam. Valet contra Arianos Hilarii argumentum, quamvis in Diabolo conjecturalis tantum, et dubia supponatur Jesu Nazareni notitia. Scilicet Ariani in ea etiam suppositione erant iniquiores Diabolo: iste enim divinitatem in Jesu Nazareno ex miraculis aliisque circumstantiis suspicatus est; illi e contra nulla ratione judicabant illi divinitatem inesse. Confirmatur hæc responsio ex Cassiano, qui eadem qua Hilarius ratione usus, Diaboli de Jesu Nazareno cognitionem vocat meram suspicionem: // ille, inquit lib. 3. de Incarnatione cap. 13. cum Filium Dei esse suspicatus est, etiam cum mortem pertulit: tu negas, cum cum resurrexerit? ille enim Deum suspicatus est, cui se occultum negans cui noluerit? //

Dist. conseq.
cognitione dubia conc.
cert. neg.

Ariani iniquiores Diabolo

Cassianus.

Object. 2. Vulgaris est opinio ruinam Angelorum causatam in eo sitam fuisse, quod vel unionem hypostaticam sibi appetiverit, vel naturæ humanæ cui Verbum assumendo se subjiceret recusaverint. ergo Incarnationem peractum, sed etiam priusquam impleretur Dæmones Incarnationis mysterium

agno-

agnoverunt. Accedit quod homines ipsi ex Prophetarum oraculis, et ex Christi prodigiis illius divinitatem luculenter demonstrarunt; a fortiori ergo daemones, qui naturali perspicacia longe magis quam homines praediti sunt, id cognoscere potuerunt.

Resp. Vulgaris illa de Angelorum lapsu opinio quae illos ex Incarnationis revelatione peccandi occasionem sumpsisse tenet communiter rejicitur. Et sane opinio haec nec ullum certum in scripturis habet fundamentum, nec ulla Patrum antiquorum saltem auctoritate fulcitur, ut erudite ostendit Petavius lib. 3. de Angelis cap. 2.

Ad alterum quod attinet dico, quod sicuti homines sic daemones mysterium hoc cum impletum fuit, facillime potuissent ingenita sua perspicacitate tum ex oraculis Prophetarum, tum ex Christi miraculis in sua divinitatis confirmationem patratis, in illius cognitionem certissimam pervenire, nisi a Deo impediti fuissent. Quoniam ergo ad istud assurgere non potuerunt; dicendum est, a Deo saltuum esse, ne tota qua pollebant naturali facultate uterentur. Quod quidem innuit etiam Augustinus lib. 9. de Civ. Dei cap. 21. cum inquit: // tantum eis innotuit, quantum voluit: tantum autem voluit, quantum oportuit //

Adamo et ante et post lapsum revelatus fuit Christi adventus

Pars prima probatur. Adamus adhuc innocens ex illo sopore, seu ecstasi expergefactus, in qua ex costa ejus formata est Eva, Genes. 2. v. 23 in haec verba erupit. Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea... Relinquet homo patrem suum et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una. Porro his verbis teste Apostolo ad Ephes. 5. v. 31. adumbratum est Incarnationis mysterium quod substantiam et arctissima Christi cum Ecclesia conjunctio, sacramentum hoc, inquit Apostolus, magnum est: ego autem dico in Christo et Ecclesia. Sed sacramentum Christi et Ecclesiae, quod Adam verbis adumbravit, sine dubio cognovit. ergo &. Assumpta propositio probatur ex Pa.

in coelum conscendens et eo similis Altissimo

//

Vel, Ab ipso mundi exordio nobis innuitur, per quandam relationem concessa fuit, donec in plenitudine temporis (cum manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu, apparuit Angelis, praedicatus est in mundo, assumptus est in gloria.

Primum videtur probari, quod in Prop. 3. ostendimus Adamo etiam ante lapsum revelatum esse. [illegible] verum est Adamum adhuc innocentem esse prophetam &c. etc. [illegible]

Genes. 2: postquam adduxerat Deus ad Adam omnia animalia terrae ut videret

Propos. 13. quid vocaret ea.

Adae non inveniebatur adjutorium similis ei

Immisit ergo soporem in Adam, cumque obdormisset tulit unam de costis ejus et replevit carnem pro ea. Et aedificavit Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem, et adduxit eam ad Adam

[illegible]

Haec vocabitur virago quia de viro sumpta est: quamobrem relinquet &

Paulus ad Cor. 1 cap. 11

//

Adamum cognovisse quae adumbravit. Probatur id doctrina ex Paulo 1. Cor. 14. v. 32. et spiritus Prophetarum Prophetis subjecti sunt.

ceco interprete Paulo;
vide bene Tertullianus lib. de Monog. circa
de formatione hominis agens
// Praecogitata, iam illi Deum occupatum ac
dehinc manu, sermone, opere, consilio, sapientia ...
tentio, et ipsa imprimis defectione quae "rea:
mente ducebat. Quodcumque enim limus
... Christus ...
Sinc Aug. de Genes. ad litt. super citata
Genes. verba c. = ut sine intelligere:
... quo praecesserat
in Adam hoc enim divinus tanquam
prophetam dicere ... hoc natus
matth. 19. Christus ... dimittere ...
... ominem
... et ... fecit ...
... propter hoc ... patrem g.
... ceteros Patres ... 1 Jo. ...
... de interdict. obviis
Adam, vita per Christum: [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
... Dixit Dominus ad sec. ...: quia fecisti hoc
maledictus es inter omnia animalia ...
... ceptus terrae, super pectus tuum
... et verum ...
... ... inimicitias
Resp.
Adam et Eva ... fuerunt
Religionem coluerunt
... ...

Patribus, inter quos Epiphanius haeres. 46. hunc locum expo
dens: // verus propheta, inquit, cum sui compos, tum ea quae
dicebat intelligens futura nuntiabat //. Et Augustinus lib. 9
de Genes. ad litteram c. 19. = illa extasis, inquit, quam De
us immisit in Adam recte intelligitur ad hoc immissa ut
et illius mens intelligeret novissima //. similia habent alii
Patres, qui agnoscunt Adamum hic vatem fuisse, et revelan
te Deo verbaque ipsa suggerente mysterium illud pronuncias
se. Atque hinc factum est, ut verba quae in Genesi Ada
mo tribuuntur in Evangelio s. Matthaei c. 19 a Christo Deo
ipsi adscribantur, et quasi ab eo dicta fuerint, ut notat
Augustinus loco citato ergo g.
Pars altera probatur. Continuo post Adami lapsum Deus
deceptorem serpentem coram ipso Adamo sic allocutus est Ge:
nes. 3. v. 15. Inimicitias ponam inter te et mulierem, et
semen tuum, et semen illius: ipsa (vel ut in Hebraeis et
samaritanis codicibus legitur) ipse conteret caput tuum.
Atqui his verbis Christus de Eva propagine processurus, et
finis adventus Christi futura scilicet generis humani a Dae
monis captivitate liberatio, humanique generis redemptio
ex plurimorum Patrum concordi interpretatione revelatur:
ergo Adamo post lapsum Christi adventus revelatus fuit
Accedit quod Adamus et Eva veram religionem colue:
runt etiam post lapsum, et aeternam salutem consecuti
sunt, quod jam olim contra veteres haereticos Ecclesia defi:
nivit: nec eos insuper veram religionem docendis eorum
posteris curasse, ut fuit Abel, etc. sed vera religio fidem
in Christum necessario complectitur, nec sine hac fide salu
aeterna quisquam obvenire potuit juxta illud Actor. 4.
Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in
quo oporteat nos salvos fieri. Ergo g.
Contra primam propositionis partem illud unum opponunt;
Adamo scilicet non potuisse ante lapsum notum esse Christi
mediatorem venturum, siquidem nondum culpam suam fu
turam cognoverat, propter quam Christus erat venturus.
Respondemus vero aliud esse novisse Christum venturum
aliud novisse causam, propter quam venturus esset. Pri
mum scilicet hic sequimur, Adamum sci contigisse ac generatim
nunc agnovisse venturum aliquando Messiam, ignorato illius

ad:

adventus fine; quem finem distinctius post lapsum suum intellexit Adamus, dum venturum Messiam uti reparatorem agnovit.

Propos. 4

Veteribus Patriarchis Prophetis et universae nationi Judaicae, imo et Gentilium nonnullis futurum Incarnationis mysterium innotuit.

Pars prima probatur. Abrahamo diserte promissus est Christus ut omnium benedictionum fons et origo Genes. 22. et 26. Benedicentur, inquit illi Deus, in semine tuo omnes gentes terrae. Quod explicans Paulus ad Galatas 3. v. 16. Non dicit, inquit: et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: et semini tuo, qui est Christus. Ergo Abrahamo futurus Christi adventus innotuit. Hinc Christus de hoc Patriarcha: Abraham, inquit exultavit ut videret diem meum: vidit et gavisus est.

Jacob Genesis 49. v. 10 clarissime determinans tempus, familiam ac dignitatem de futuro Messia vaticinatus est inquiens Non auferetur sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est: et ipse erit expectatio gentium. Verum autem 18. inquit: salutare tuum expectabo Domine. Moses, cum ipsum Deus mittere vellet in Aegyptum ad liberandos Israelitas, sese excusans Exodi 4. v. 14 Obsecro, inquit, Domine mitte quem missurus es. Sed Patriarchis et Prophetis compertum fuisse Incarnationis mysterium ex infinitis propemodum iisque insignioribus vaticiniis, quae de Christo ediderunt constat; quaeque nos sequenti libro ex parte saltem afferemus. Hinc Christus ipse Joannis 5 v. 46 Si crederetis Moysi, inquit, crederetis forsitan et mihi de me enim ille scripsit. Et Lucae 24 v. 27. Judaeis Prophetarum testimonia explanavit, incipiens a Moyse, et omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant &. Hinc etiam Petrus in prima epistola c. 1. v. 10. ajebat: De qua salute (animarum) exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetae ... scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi

pro-

Propter [illegible] Abrahami in sacrificando filio:

Per memetipsum juravi, dicit Dominus quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli et velut arenam quae est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur [illegible]

Paulus ad Galatas: Abrahae dictae sunt promissiones [illegible]

[illegible] moriturus vocavit filios suos et benedixit eis, praedicens futura. Veniens ad Judam: Juda te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui.

Catulus leonis Juda: ad praedam, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, et quasi leaena: quis suscitabit eum?

Non auferetur

[illegible] non credent mihi, neque audient vocem meam [illegible]

Joan. 5. v. 39. Χρήσ: scrutamini scripturas, illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.

// Eusebius lib. 1. Hist.

"Hanc quotquot a prima humani generis ~~orige~~ origine justitiæ ac religionis laude maxime floruerunt, ut magnus ille Dei famulus Moyses, et qui ante illum vixit Abraham, et ejus filii et quique postea viri justi ac Prophetæ extiterunt, omnes puris mentis oculis contemplati agnoverunt, eidemque tanquam Dei filio debitum cultum exhibuerunt."

Prid. 2. [illegible]

Nec refert quod Judæi noluerunt credere.

De Gentilibus
.... ex Idumæa

... Balaam

prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones, et posteriores glorias, quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt vobis. Ex quibus omnibus patet, veteribus Patriarchis et Prophetis notum fuisse hoc mysterium.

Idipsum confirmatur ratione, quæ præcedenti propositioni adjuncta est. Illi scilicet prisci Patres eamdem salutem consecuti sunt, quam nemo citra Incarnationis notitiam adipisci potuit; adeoque &c.

Pars altera probatur. Mysterium hoc ut jam ostendimus revelatum fuit Adamo, Abrahamo, Moysi, aliisque veteribus Patriarchis, et Prophetis, qui Christi adventum sæpissime annuntiarunt juxta illud Apostoli Petri Actor. 10. v. 43. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere omnes qui credunt in eum. Ergo ad universam quoque Judaicam nationem ejus notitia manavit. Quis enim sibi persuadeat Patriarchas et Prophetas gentem suam, in qua Dei cultus florebat, et cujus tantopere intererat, tam clara et tam crebra, hanc dogmatis ac salutem adeo necessarii notitia fraudare voluisse, aut eorum posteros hoc quod majorum traditione acceperant non custodiisse; imo quod in scripturis non obscure expressum legebant, ignorasse?

Nec obstat, Judæos eum quos mysterium illud tam diserta traditione, totque vaticiniis firmatum erat, illud idem jam peractum non agnovisse. Id enim accidit, quod rebelles lumini fuerint, et in scelerum priorum pœnam a Deo fuerint excæcati. Non poterant credere, inquit Joannes cap. 12. v. 39. quia ... dixit Isaias, excæcavit oculos eorum, ~~ut non videant~~: et induravit cor eorum, ut non videant oculis et non intelligant corde. Quantumvis enim nec mysteria nostræ religionis effulgeant: tot nihilominus difficultatibus obsepta sunt, ut nemo iis valeat adhærere absque peculiari Dei gratia, qua se Judæi gravissimo peccato indignos reddiderant.

Pars tertia probatur, quod scilicet inter Gentiles etiam nonnulli fuerint, quibus hoc mysterium innotuit. Et certe illustre hujus revelationis ac cognitionis exemplum habemus in sancto viro Job, qui origine Idumæus erat, et nihilominus affirmare dicebat cap. 19. v. 25. Scio quod Redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo salvatorem meum,

quem

quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. Balaam quoque ratione gentis Numerorum cap. 24. v. 17. Christum his verbis praedixit. Orietur stella ex Jacob. Ergo &.

Id ipsum confirmatur auctoritate sancti Augustini, qui libro 18 de Civit. Dei cap. 47. // Divinitus autem provisum fuisse non dubito, inquit, ut ex hoc uno (Jobo) sciremus etiam per alias gentes esse potuisse qui secundum Deum vixerunt, eique placuerunt pertinentes ad spiritualem Jerusalem. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui divinitus revelatus est unus mediator Dei et hominum homo Christus Jesus //. Epistola autem 102 num. 15. // Cur non credamus, inquit, etiam in ceteris hac illac gentibus ... fuisse, qui hujus sacramenti participes fuerunt? // Id ipsum sentiebat Richardus Victorinus libro de Incarnatione Verbi cap 8, ubi exponens ista verba, Ecce veniet desideratus cunctis gentibus, sic loquitur: // Non dicit desiderandus, sed desideratus, ut intelligas in qualibet gente aliquos aliquando ejus desiderio flagrasse. Erat igitur adventus ejus a multis gentilium praecognitus, et ardenter desideratus //.

His accedit testimonium magni illius apud Sinenses Philosophorum principis Confucii, qui annis quinquaginta supra quingentos Christi ortum antecessit, quem tamen praenovisse videmus in eo secundo libro, quem latine reddidit Prosper Intorcetta Siculus e societate Jesu; ubi Philosophus ille Principem ad virtutem adhortans ait: // Legibus Coeli ac terrae facta ejus consentiunt; neque vereri debet ut cum Sanctus ille expectatus advenerit, item tum virtuti ejus, ac cum regnabit honos habeatur // Quae in facto ex Hebraeorum oraculis, quae ad Sinas usque tunc temporis servaverant, Confucium hausisse, quemadmodum alii etiam Gentiles ex iisdem fere multa derivarunt, dubitandum non est. Non modo igitur veteribus Patriarchis, Prophetis universaeque nationi Judaicae, sed nonnullis etiam Gentilibus innotuit futurae Incarnationis mysterium.

Balaam vidit Amicitia videbo eum sed non modo, intuebor illum, sed non prope. orietur stella ex Jacob, et consurget virga ex Israel

[illegible] vidimus stellam ejus in oriente

[illegible]

confirma [illegible]

ex [illegible]

[illegible]

Liber II.

De Incarnationis existentia, tum de illius causa efficiente, finali, et meritoria.

Caput I.

De vaticinio Jacobi Genesis 49. v. 10. ex quo pronunciatum in lege Messiam contra Judaeos jam pridem advenisse probatur; tum Judae nomine suo in vaticinio Patriarcham illum peculiarem tribum Juda designasse ostenditur.

Quaestionis status explicatur.

Veteribus Patriarchis olim promissum fuisse et ab iis expectatum esse humani generis liberatorem, qui hebraice Messias, graece vero Christus appellatur, hoc est, si latine vocis hujus vim exprimas, unctus, veritas est in Scripturis sacris adeo certa et explicata, et Prophetarum omnium confirmata testimoniis adeo, ut nemo qui sacros veteris testamenti libros agnoscit, eam in dubium audeat revocare. Ita Dominus ipse ad serpentem, qui Evam deceperat prima ruinae illius causa fuerat: Inimicitias, inquit Genes. 3. v. 15. ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. ipsa conteret caput tuum. Ita Regius Psaltes Psalm. 129. v. 7. Quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus. Ita Isaias cap. 33. v. 22. Dominus enim judex noster Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse salvabit nos. Ita Jeremias c. 23 v. 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus et suscitabo David germen justum, et regnabit Rex et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra. in diebus ejus salvabitur Juda. Ita Zacharias cap. 13. v. 1. In die illa erit fons patens domui David et habitantibus in Jerusalem in ablutionem peccatoris. Huic denique ut scribit Lucas Actor. 10. v. 43 Omnes prophetae testimonium perhibent.

Psalm. 71. ipsum gentes deprecabuntur.

v. 11. Serviant ei omnes populi

Psalm. 71. Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei

Ad eundem humani generis salvatorem referenda sunt pervida illa prophetarum vota atque suspiria, quibus illius adventum implorabant. Excita potentiam tuam et veni, ut salvos facias nos. Psalm. 79. v. 3. Obsecro Domine, mitte quem

Hinc orat tuum ... ...

mi

missurus es. Exodi c. 4. v. 13. Rorate caeli desuper, et nubes pluant justum: aperiatur terra et germinet salvatorem, et justitia oriatur simul: Isaiae 45. v. 8. Hinc firma illa eorundem expectatio, Jacob 49 Salutare tuum expectabo Domine. Isaiae 25. v. 9. Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, et salvabit nos. Michaea c. 7. v. 7 Ego vero ad Dominum aspiciam et expectabo Deum salvatorem meum. Hinc spes illa et laetitia Jobi c. 19. v. 26. In carne mea videbo Deum salvatorem meum: reposita est spes mea in sinu meo. Habacuc c. 3. v. 18. Ego autem in Domino gaudebo et exultabo in Deo Jesu meo. Zachariae c. 9. v. 9. Exulta satis Filia Sion, jubila Filia Jerusalem. ecce Rex tuus venit tibi justus, et Salvator. Tanta denique erat apud omnes divini Reparatoris expectatio et desiderium ut is etiam antonomastice nomine missurus, sive Messia appellaretur. Mitte rogo, inquit Moyses loco citato, quem missurus es. Tu es, ait Joannes c. 3. v. 3, qui venturus es, an alium expectamus? Et denique ab Aggaeo c. 2. v. 8. Desideratus cunctis ~~[illegible]~~ gentibus dicebatur.

At vero quem ardentissimis votis expectabant Judaei venientem agnoscere et recipere renuerunt. Minime id mirum nisi in poenam delictorum suorum eis contingere perspicuis Prophetarum testimoniis compertum esset. Verum excaeca, inquit Isaias c. 6. v. 10, cor populi hujus, et aures ejus aggrava, et oculos ejus claude: ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat et convertatur et sanem eum. Synagoga qui Dei haereditas, filius primogenitus, populus sanctus, electus ex cunctis populis qui sunt super terram, Deo dilectus passim in veteri foedere celebrabantur; in novo gens peccatrix, populus gravis iniquitate, semen nequam, filii scelerati, genimina viperarum, generatio mala et adultera, populus rebellis nuncupantur. Tum enim usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum sit super cor eorum ut in lectione veteris Testamenti auribus audiant et non intelligant, oculis videant et non percipiant: apertissima scripturarum testimonia, quibus promissum Messiam jamdudum advenisse clarissime demonstratur, aut alio detorquent, aut ineptissimis ~~[illegible]~~ interpretationi.

— eorundem firma expectatio

Isaiae 6.

aspiciam Domine Dominatorem

terrae

eorum spes

antonomastice nomine

missurus

Isaias 6. et audivi vocem Domini dicentis, quem mittam et quis ibit nobis? et dixi ecce ego mitte me. Et dixit vade, et dices populo huic: audite audientes, et nolite intelligere: videte visionem, et nolite cognoscere. Excaeca.

Velamen [illegible] cor eorum [illegible] videant [illegible].

aut alio detorquent

tribus eduxit.

Jam vero inter plurima eaque luculentissima testimonia quae ex veteri foedere a Judaeis etiam admisso contra eosdem afferri possent ~~unicum hoc in capite pauca sequenti~~ ut disputationi modum adhibeamus unicum hoc in capite pauca sequenti adducemus. Quod itaque hoc loco pertractandum suscipimus legitur Geneseos 49. v. 10 estque et nativa perspicuitate, et veterum Rabbinorum confessione, et Theologorum omnium ~~cons~~ sententia eximium omnino et celeberrimum. Verum quam clarum est ac evidens hoc vaticinium tam involutum est ex altera parte, an vocabulum Juda eo in vaticinio expressum peculiarem designet tribum ex Juda nepotibus conflatam, an vero universum Israelitarum genus, quod post captivitatem Babylonicam ex diversis tribubus simul unitis coaluit. Hinc gravissimi inter catholicos viri hac super re a se invicem dividuntur. Ut autem quod ad veritatem magis accedere videtur consignemus, multiplicem Judaicae Reipublicae statum ante oculos habeamus oportet et memoria recolamus, quaenam ejus ab edito vaticinio ad ultimum usque Jerosolymitanae urbis excidium conditio fuerit.

Varii Judaeorum status ab edito vaticinio Jacob usque ad ultimum Jerosolymitanae urbis excidium

Novimus itaque ex sacra veteris Testamenti historia primo, Hebraeos a Patriarcha Jacobo usque ad Moysem per annos ducentos et amplius in Aegypto habitasse, ubi per annos circiter 9[?]. gravissimam servitutem experti sunt; 2do sub Moyse qui ex tribu Levi ortus erat, ab Aegypto eductos per 40. annos inter Aegyptum et terram Canaan seu promissionis errasse. 3tio adductos in terram Canaan et facta regionis istius in duodecim partes pro duodecim tribubus, totidemque filiis Jacobi dimensione, per 350. circiter annos judicibus, qui modo ex hac modo ex illa tribu fuerunt, paruisse. 4to cum Israelitae Regem a Domino postulassent, primum omnium constitutum fuisse Saulem e tribu Beniamin, cui successit David de tribu Juda, David Salomon ejus filius. Novimus quinto post mortem Salomonis Hebraeorum imperium in duas scissum fuisse quarum altera e tribubus Juda, Beniamin et Levi conflata Regnum Juda dicebatur, cui Roboamus Salomonis filius, ejusque posteri ad eversam usque a Nabuchodonosore Jerosolymitanam urbem praefuerunt; altera ex reliquis decem tribubus constans Regnum Israel appellabatur, cujus primus Princeps fuit Jeroboamus ex ~~Ephraim~~ tribu Ephraim, cui

1. per an. 400. in Aegypto
2. per an. 40 in deserto
3. per an. 350. [illegible]
4. [illegible] Regem [illegible]

[illegible]

alii Reges usque ad hujus Regni Israelitici excidium succes=sere. 6to Babyloniam captivitatem, qua Jerosolyma ex=cisorum conjuncta est septuaginta annos durasse usque ad Cyrum Persarum Regem, qui Judæis in Patriam reme=andi potestatem fecit. 7mo ab eo tempore Rempublicam Judaicam a Ducibus fuisse administratam, qui omnes sere ex tribu Levi extiterunt, ex quibus Assamonæi, qui et Machabæi, paulo ante Christum regium nomen affecta=runt: sed cum Hircanus et Aristobulus fratres de imperio dissiderent, vocatus ab Hircano Pompejus Impera=tor Romanorum capit Jerusalem, eique tributa injun=xit, relicto tamen Rege Hircano. 8vo Herodem Idu=mæum post Hircani mortem a Romanis Judæorum Re=gem esse factum, cui filius Archelaus successit, quo rele=gato, Judæa in provinciam redacta, et Syriæ attributa Præ=sides habuit Romani imperii Procuratores, servata Judæis facultate propriis utendi legibus, sed ablato gladii, vitæque ac necis jure; donec a Vespasiano, tandem a Tito ejus fi=lio penitus excisa est urbs Jerusalem, omneque gentis il=lius imperium extinctum.

Atque hi fuerunt varii Judæorum status, quibus si congru=um nomen ex regiminis forma tribuere quis velit, dicet a Moyse ad Saulem floruisse Theocratiam, quod omnia per sese Deus eo temporis intervallo moderari visus fuerit. a Saule ad captivitatem Babylonicam fuisse Monarchiam. denique a captivitate Babylonica ad Christum fere Aristo=cratiam viguisse. His notatis, quæ diceris in hoc capite, ac praesertim in Propositione secundo loco statuenda, plurimum lucis afferunt, ad Jacobi vaticinium discutiendum accedamus, ostendamusque quam invicte eodem demonstretur promissum olim in lege Messiam jam pridem advenisse. Quod ut ac=curatius peragamus, duo adversus Judæos disputaturi tanquam certissima ab iis nobis concedi æquissimo jure postulamus, quorum unum est, in scripturis veteris Testamenti Messiam revera promitti, ut capite præcedenti probavimus, et constat ex testi=moniis initio capitis hujus adductis, ejusque promissionis vi aliquando venturum fuisse: alterum est, iis in scriptu=ris minime dubios extare characteres, quibus, cum venerit, reipsa advenisse dignosci possit. Hoc utroque concesso sta=tuimus.

Prop.

in Traj[ectin]a an. 70.

post Hircanum
Herodes Idumæus,
Archelaus, filius ejus [illegible]

Propos. 1.

Promissum in lege Messiam jam pridem advenisse, ex vaticinio Jacobi Genesis 49. v. 10. invicte ostenditur.

Probatur. Jacob Patriarcha morti proximus, convocatis filiis divino afflatus spiritu, quaecumque ipsorum posteris eventura erant praenuntians, sic Judam alloquitur: Non auferetur sceptrum de Juda et Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Ex quo testimonio sic arguo: In hoc vaticinio praedixit Jacob, supremam potestatem sive regiam, sive Ducalem gubernandi, leges ferendi, et judicandi a tribu Juda auferendam non esse, donec veniat Messias: atqui jampridem oblata est suprema potestas sive regia sive Ducalis rege gubernandi, leges ferendi et judicandi a tribu Juda, et a tota gente Judaica; ergo jam pridem venit Messias.

Major certa est. Sceptri enim nomine significatur suprema auctoritas ex voce Hebraica scevet, quae proprie significat baculum seu virgam potestatis et dominationis, ut observat Laurentius Beeti non virgam castigationis et afflictionis, ut contenderunt Rabbinorum nonnulli; quasi Jacobus praedixerit non recessuras calamitates a Juda donec Messias advenerit. Quae quidem interpretatio falsa esse ex adjunctis ipsis ostenditur. Nam Jacobus Judae jussenis non tristia, sed contra omnia laeta. Ducis similiter nomine ex voce Hebraica Machocheck significatur jure legislator magistratus et princeps, ut fatentur Rabbini ipsi, nam juxta Rabbinum Kimchi, significat dominatorem qui legem sancit et exercet judicia: juxta R. Salomonem significat magnum Principem Tenes moverentem. Ejus etiam nomine, qui mittendus dicitur non alius quam Messias designatur, tum quia paraphrasis Chaldaica hanc vocem proprii illi substituit; tum quia schiloh quod in Hebraeo habetur significat missum, sicut interpretatur Joannes in Evangelio cap. 9. v. 7. tum quia non est alius expectatio gentium, tum denique quia Moyses exod. 4. loquens de Messia, mitte inquit, quem missurus es.

Minor etiam certa ex praesenti Judaeorum statu et ipsorum Judaeorum confessione. Etate enim, qua Jesus Nazarenus vixit, omnis Judaeorum tam sacra, quam profana Respublica interiit, defecit scilicet suprema legislatoris potestas, et civile in suos, nec non defecit hostia, sacrificium [illegible]

Hebraice [illegible] non auferetur sceptrum de Juda, et legislator de inter pedes ejus [illegible] [illegible] populorum

Duo characteres qui mittendus est, expectatio gentium messiae propii

Nam in nostra Gen. 18. benedicendae sunt omnes nationes terrae

Ps. 71. 17. omnes gentes servient ei

Is. 11. ipsum gentes deprecabuntur

Michaeas veniet desideratus cunctis gentibus

Mitte quem missurus es

Emitte agnum Domine dominatorem terrae

Tu es qui venturus es, an alium expectamus

Adhuc modicum, qui venturus est, veniet

1. Jo: 9. v. 7. Vidit hominem caecum a nativitate et dixit ei: vade, lava in natatoria Siloe quod interpretatur missus

Etate qua christus vixit perierat penitus Judaica Respublica tam sacra

vitaque ceteri Religionis mosaicæ propria: post mortem enim Hircani ultimi inter Assamonæos, Herodes idumæus a Romanis Rex Iudæis datus est. quo itidem defuncto, cum filium ejus Archelaum variis ob flagitia tyrannidem in Iudæa relegasset Augustus, Iudæam in formam provinciæ redactam Syriæ attribuit, per Romanos subinde Præsides administrandam. Quod quidem eo jam Pilato Romano præside plane ignotum sunt Judæi: cum enim Pilatus obtulisset eis Jesum, ut secundum legem suam illum judicarent, dixerunt, teste Joannis 18. v. 31. Nobis non licet interficere quemquam. et apud eundem c. 19. v. 11. Non habemus Regem nisi Cæsarem. et si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.

His addo cladem ultimam, qua post multo ante everant, quæ residua in interitum Reipublicæ spem illis omnem ademit. cum scilicet eversis per Titum Jerosolymis urbe et æde reliqua expulsi in orbe toto dispersi sunt, in quo, ut Oseas cap. 3. v. 4. prædixit, sine Rege et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari et sine ephod (veste sacerdotali) et sine theraphim (oraculis); id est sacra pariter ac profana potestate spoliati, jam ad hoc usque tempora variis sub principibus serviunt servitutem. Fatetur id ingenue Rabbi David Kimchi in Osea 3. v. 4 dum scribit: // Hi sunt dies captivitatis in qua nos versamur hodie, cum nobis neque Rex est, neque Princeps ex Israele. Nam sub potestate gentium sumus. nullum est nobis neque veri Dei, neque idoli colendi instrumentum: ita nos hodie in hoc exilio vivimus omnes filii Israel //. Et Rabbi Manasse in conciliatore ad Genesis 49. // Quam poenam nunc patimur, inquit, sine Rege, sine Principe, sine imperio agentes //. Ergo &c.

Sed audiamus, an Hebræorum interpretamenta qui nihil non tentant, ut cervicem hoc vaticinium e manibus nostris extorqueant. Quærunt itaque primo ex voce schiloh, et inquiunt. Vox hæc ambigua admodum significationis est: ex ea ergo efficax pro adventu Messiæ argumentum depromi non potest. Resp. probatur vox schiloh significare, ut ille inquiunt, qui mittendus est ex radice schalach, quod Hebræis est mittere

Post Hircanum Herodes idumæus, cui successit filius Archelaus.
Hic relegatus

Hinc sub Pilato præside Romano conspecti sunt Judæi.

In ultima clade per Titum omnia labefactata &c.

Rabbi D. Kimchi &c.

Rabbi Manasse,

Celebrata jam Christi Nativitate quam jam pridem cessatum esse &c. ... Judaica ...

Obiect. 1. Audiamus Judæos, qui ita solent opponere. 1. ... ... ad Messiam non pertinere. 2. in Christo impletum non fuisse.

Pro. Schiloh esse ambiguum

ut ~~a~~ interpretatur Vulgata, cuicum Rabbini quidam et Su-tin. Et vaticinium pervium hanc significationem accommodari potest Nabuchodonosori qui ad evertendam Rempublicam judaicam vel Cyro Persarum Regi, qui ad eam restituendam missus fuit ut volunt nonnulli Judaei.

2do vox schiloh significare potest pacificum a verbo schalah quod est quiescere in pace et otio esse, ita Samaritanus codex pacificus, Hieting. Porro juxta hunc sensum vaticinium aptari potest Salomoni, de quo 1. Paralipomenon c. 22 v. 9 dicitur ad Davidem a Domino. Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum et ob hanc causam pacificus vocabitur. et pacem et otium dabo in Israel cunctis diebus ejus.

3tio multi nomen schiloh exponunt per filium ejus a radice schil, seu schilah, quod secundinas, quibus fetus involvitur, semen et filium sonat, ita illud exponunt cum pluribus gentis suae doctoribus Rabbi David Kimchi in libro radicum Rabbi Bechai, et Jonathan. Et oraculum hoc ordine quadrabit in Davidem, de quo Psalmo 2do dicitur: Filius meus es tu: ego hodie genui te: postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam etc. Nec obstat quod sub Davide primo accesserit sceptrum ad tribum Juda, cum tamen in vulgata dicatur, non auferetur a tribu Juda donec veniat schiloh nam in Hebraico textu pro auferetur legitur jasur. sur autem significat motum ad aliquem locum. Legi ergo potest non accedet sceptrum ad tribum Juda, donec veniat filius ejus quod reipsa impletum est in ipso Davide, ita Rabbi Bechai.

4to alii explicant vocabulum schiloh per ille cui, ut sensus sit, donec veniat ille, cui (suppleas repositum est regnum) vel ille, qui ei (scilicet Judae) promissus est. Ita septuaginta interpretes, Arabs, Syrus, et alii: quod rursus quadrat in Davidem, cui primo repositum, seu destinatum erat regnum Juda

5to denique voce schiloh nomen urbis sio; etiam tribuum congruet Sauli qui in urbe illa rex renunciatus est, vel Jeroboamo, qui ibidem ad regiam dignitatem evectus fuit, vel Ahia propheta qui eadem in urbe ortus est

quem

---

quo aptari potest Nabuchodonosori Regi Babylonis qui dicitur militans tanquam flagellum Dei ad puniendum peccata populi Jer. 25 v. 9.

Jer. 27 v. 6 Et nunc ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis servi mei ... et insuper et bestias agri dedi ei ut serviant illi; et servient ei omnes gentes ... et filio ejus et filio filii ejus donec veniat tempus terrae ejus ... et servient omnes gentes istae Regi Babylonis 70 annis

vel Cyro, de quo Isaias 45: Haec dicit Dominus Christo meo Cyro cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes.

//

2do Salomoni a schalah quiescere

3. a radice schil filius Davidis

nec obstat etc.

nam in Hebraico jasur, jam recedere

4. ille cui

5. sio

Ahia etc.

quemadmodum a Rabbinis vesspa accomodari solet. ergo. Re..

Concedo antecedens nego consequentiam. Quomcunque modo vocabulum schiloh reddatur, semper Messiæ optime convenit, quod quidem non sine divina providentiæ consilio factum est, ut vox seligeretur, quæ tam varia significaret, et nihilominus vestro Messiæ optime conveniret. Primo enim Messias mittendi et venturi nomine in scripturis sæpius indicatur. ut Isaia 16 v. 1. emitte Agnum Domine Dominatorem terræ et Aggæi 2. v. 8. veniet desideratus cunctis gentibus. 2do Messiam ut pacificum pacis auctorem pacemque ipsam Prophetæ prædixerunt ut Isaias 9. v. 6. Vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis et Michæas 5. v. 5. et erit iste pax. 3tio Messiæ regnum æternum repositum est Psalmo 2. ~~...~~ et Danielis 7. v. 14. Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur. 4to denique inter ista omnes quis Messia illustrior, ut per antonomasiam Filius appelletur? De eo inquit Isaias 9. v. 6. Parvulus enim natus est nobis, et Filius datus est nobis et factus est principatus super humerum ejus.

Respondeo itaque ad primum nec Nabucodonosori, nec Cyro accomodari posse vaticinium Jacobi. Non primo, quia fausta et prospera Juda prænuntiat Jacobus. quid autem ~~...~~ Judæis infaustum magis, quam Babyloniam in captivitatem a Nabucodonosore ductos fuisse? fuitne deinde Nabucodonosor expectatio gentium? Non alteri, quia per Cyrum restitutum potius est sceptrum tribui Juda quam ablatum. Deinde cum expectatus a Judæis Messias alius a Cyro sit, ipse mittendi nomine in scripturis designetur, neutiquam nomen ipsud Cyro tribuitur a Judæis, qui certe expectatio gentium immerito appellatur.

Ad 2dum non negamus pacificum fuisse Salomonem et ideo Messiæ typum passim haberi; sed non inde Jacobi oraculum eidem continuo accomodari potest. Non enim tunc e Juda sceptrum ablatum est, cum Salomon regnare cœpit. Nec vero expectatio gentium erat Salomon, is enim titulus nominis est Messiæ alteri proinde non communicandus. Ita ...

Divina providentia factum est, q.

sive shiloh significet mittendus
sive missus
sive ille cui repositum regnum
sive Filium, semper quadrat.

Nec nec Nabucodonosori nec Cyro q.

quia fausta.

etiam ut Cyrum Judæi expectarent messiam.

Non Salomoni etsi pacificus;
non sceptrum tunc ablatum,
... expectatio ...
...
Typum et ... tamen ...
præcipui Salomonis

tempore, quam exprimunt Isaias cap. 2. et Aggaeus cap. 2. v. 8 qui ambo Salomone posteriores sunt

Ad 3.ium respondeo, nullis Rabbinorum contorsionibus vaticinium hoc ad Davidem detorqueri posse. Cum enim David regnare coepit, ~~sep~~ sceptrum a tribu Juda non recessit sed accepit. recedet autem significat rejra verbum Jasur per sese, et multo magis si, ut hic, conjungatur cum particula min, quae de significat, et recessum de aliquo loco aperte indicat; quod adeo verum est, ut nullum in contrarium saltem exemplum afferri possit. Accedit quod illustrior Davide fuit Salomon: non est igitur ratio cur ille prae isto filius Juda, et expectatio gentium antonomastice diceretur.

Ad 4.um dico, vaticinium ipsum sic expositum alteri accommodari non posse quam Messiae: ille enim cui regnum Juda reservatum ~~et~~ seu destinatum est, esse non potest Princeps cujusmodi fuere David ejusque posteri; nec enim auferretur, sed confirmaretur regnum temporale in tribu Juda. debet ergo intelligi Princeps quidam, quo adveniente auferatur sceptrum temporale de tribu illa et erigatur regnum spirituale et aeternum, quod soli Messiae repositum, ac promissum esse fatentur etiam Judaei.

Ad 5.um denique respondeo expositionem cum historia repugnare. Saul enim non in urbe Silo unctus est, sed Ramathaim Sophim. deinde vero Rex solemni ritu in Maspha renuntiatus est ac demum in Galgalis 1. Reg. 9. 10. et 11. Jeroboamus pariter non in Silo, sed in Sichem Rex creatus est, ut narratur 3. Reg. 12. v. 1. Accedit quod sceptrum non amisit tunc tribus Juda, cum penes Roboam et alios crimina steterit; Jeroboamus insuper non potest dici hujusce expectatio gentium, qui pessimus rex fuit et idololatriae auctor. Ahias denique propheta Silonites quidem fuit, sed inauditum est, ut nomine illius urbis simpliciter appelletur aliquis in qua vel natus, vel inauguratus est. Quid quod alia ratione urbs Silo vel Siloh scribitur, scilicet absque jod, seu j corpore, quod tamen in disputata voce Schiloh occurrit.

Obj. 2 Opponunt 2do ex voce Schevet. Per vocem Schevet intelligi non debet cum latino interprete sceptrum seu regia et suprema potestas, sed virga doloris et afflictionis, qua populus Judaicus premendus est, donec veniat Messias liberator, ita

ut

ut prophetia sensus iste sit: non auferetur, seu non recedet virga doloris, et afflictionis a populo Judaico, donec veniat Messias. Inde colligunt Judaei, nondum suum advenisse Messiam qui a dura servitute, qua premuntur, ipsos liberet.

Resp. Nego antecedens. Vox hebraea schevet virgam doloris et afflictionis nunquam significat, si solitaria sit et absque adjuncto epitheto, quo significatio ista determinetur, sed tantum ubi ponitur cum adjuncto, ut Psalmo 2. v. 9: Reges eos in virga ferrea. In aliis vero locis, ubi simpliciter, et sine addito legitur, imperium denotat, cujus virga, seu sceptrum symbolum est. Hoc sensu usurpatur Psalmo 44. v. 7. Sedes tua Deus in saeculum saeculi: virga directionis virga regni tui. Secundum significationem hanc sumendam esse vocem illam Geneseos 49. non modo omnes Rabbini veteres ~~[illegible]~~ concedunt, sed ea etiam quae praecedunt, et sequuntur manifeste docent. Quaecumque enim Judae promittuntur faustissima sunt, ut supra innuimus; laus nempe fratrum, victoria inimicorum, agrorum fertilitas, vinearum ubertas. Quot deinde a Moyse ad Davidem lucid sole Judaei? A Davide usque ad captivitatem Babylonicam quam florens imperium! A Cyro ad ultimum usque gentis excidium quam lata et [illegible] temporis intervalla? Quo igitur jure affirmatur, a Jacobo ad Messiam virgam calamitatis ex Judaeis non recessuram?

Object. 3. Tertio cavillantur alii Rabbini, ita verba Jacobi coordinantes. sceptrum a Juda non auferetur in aeternum quando veniet schiloh, idest Messias: nempe particulam hac hi, quae significat donec, in duas dividunt, quarum prior aeternitatem explicat altera quando: dividendam autem esse eam particulam volunt propter accentum jethibb, cujus munus est voces dirimere.

Resp. Ex mente Judaeorum ipsorum Jacob in suo vaticinio figit ac determinat tempus, quo venturus est Messias, cujus adventus imminentis signum dat finem, seu ablationem regni temporalis Judae. Quod adeo persuasum erat veteribus Judaeis, ut cum in Herode illud defecisse intellexerunt, dicunt He-

---

Ergo. per virem scevet virgam doloris q. non [illegible]

Aliud solum virg. [illegible]

et [illegible] de Juda cum regnum indicat.

sic [illegible] Gen. 49. ex antecedentibus.

Quot Prophetae q.

[illegible]

III. dividentes had hi donec, quae [illegible]. propter acc. jethibb.

[illegible] ex mente ipsorum Judaeorum Jacob determinat tempus [illegible] tempus [illegible]

Admissa interpretatione Judaeorum nullum esset tempus determinatum

Herodem ipsum alienigenam, alii Joannem Baptistam, alii vero Vespasianum Messiam esse arbitrati fuerunt. At semel admissa ista Judaeorum interpretatione nulla est temporis adventus Messiae determinatio, et particula quando nullum hic adventui primo determinatum tempus assignat, sed vagum, et indefinitum. Licet vero permittamus hac seorsim semper aeternitatem, et quando significare, quod plures inficiantur, conjunctae tamen sumptae efficiunt sensum particulae donec ex omnium confessione. Hoc autem loco nullam intercedere divisionem nec vocem unam ad priorem orationis partem, alteram ad posteriorem distrahi posse, ex grammaticae legibus operose demonstrat Huetius. Conjunctim ergo sumendae sunt et ita ut referant particulam donec, quam utraque Chaldaea paraphrasis et multi Rabbini eandem exhibeant. Ex quo illud consequitur, accentum jethibb vel recentioris aevi esse, quemadmodum vocales omnes apud Hebraeos esse volunt critici; vel certe non semper voces dirimere; quod sane constat ex sequente versiculo, in quo cum iterato idem accentus occurrat, nullum in vocibus, quibus subjicitur, divortium efficit. Caeterum subtilitates istae adeo frivolae sunt, ut ad illas confugientes Rabbini deploratam esse suam causam ostendant.

Negant quidem hac semper significare aeternitatem.

sed duae [illegible] hic sunt conjunctae ut ait Huetius

et chaldaei et Rabbini

unde jethibb recens [illegible]

Inst. Sed, inquiunt, licet particula hadchi sensum particulae donec in subjecta sententia contineat, ipsa tamen particula donec non semper cessationem, sed continuationem rei non raro significat, ut patet exemplis ex ipsa Scriptura desumptis. In Genes. 8. v. 7. de corvo, quem ex arca dimisit Noe, dicitur: Non revertebatur donec siccarentur aquae. Pariter Numerorum 20. v. 17. cum Moyses ab Idumaeorum Rege Edom peteret liberam per illius regionem transeundi facultatem: gradiemur, inquit, via publica donec transeamus terminos tuos. Denique Matthaei 1. v. 25. de Maria Virgine et Joseph dicitur: Non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Ex quibus tamen consequens non est, vel corvum siccatis aquis ad arcam reversum, vel Moysen cum suis transgressis finibus Idumaeorum via publica non fuisse incessurum, vel Mariam a Josepho post Christi partum cognitam fuisse. Pariter igitur particula donec in Jacob vaticinio non significat tunc venturum Messiam, cum scep-

instat hadchi non semper cessationem, sed continuationem significare

ergo donec non significat tunc venturum Messiam.

trum

trum de Juda defecerit, sed nusquam discessurum a Juda supremam regendi potestatem, cum venerit Messias.

Resp. Quemadmodum in adductis exemplis vi ac natura particulae donec verum esse debet, nec corvum ad arcam fuisse reversum durante diluvio; nec Moysen cum suis a via publica diversurum, quandiu inter Idumaeorum fines ingressus est; nec Mariam a Josepho ante partum cognitam fuisse: ita in hoc vaticinio ex nativa ejusdem particulae significatione illud ad minimum colligi posse debet, sceptrum ex Juda ante Messiae adventum non recessisse; cum jam recesserit, omnino legitima consecutione fluit, Messiam jam advenisse. Neque enim, ut supponit adversariorum objectio ita colligimus; venit Messias: ergo sceptrum de Juda ablatum est, quod perperam ex vaticinii verbis concluderetur. Sed hoc pacto arguimus. ablatum est sceptrum de Juda quod non esse auferendum ante Messiae adventum praedixit Jacob: ergo venit Messias.

Object. 4. A tribu Juda sceptrum jam recessisse efficaciter ostendi non potest: ergo &c. Antecedens probant ex eo quod ~~nimirum~~ Judaei omni auctoritate ac Rege sint destituti: ajunt enim Ducem quendam a tribu Juda oriundum in extremis Asiae partibus etiamnum Judaicum tenere imperium. Beniamin Tudelensis in sui itineris historia, Ducem illum Bagdadi sedem tenere memorat.

Resp. Respondemus putidum hoc esse figmentum omni prorsus ratione destitutum. tum quia omnes tribus adeo confusae sunt ac permixtae, ut nullum remaneat inter eas distinctionis vestigium: tum quia vel ipsomet Christi tempore sub Herode Magni Herodis filio declaraverunt se vitae ac regiis nullam habere potestatem, nobis non licet interficere quenquam. Non habemus Regem nisi Caesarem: Tum denique, quia verisimile non videtur, malle Judaeos ubique terrarum dura premi servitute, quam ad hunc suum Regem confugere, sub quo pacifice respirare possent, si certi essent existere orbis plagam aliquam in qua Rex ille imperium Judaeorum moderaretur. Verum tam crassa et supina est illa fictio, ut necesse fuerit ad eam occultandam confugere ad extremas et incognitas orbis plagas

gas

plagas nulli viatori hactenus perspectas. Figmentum hoc explodit Origenes lib. 4. de principiis c. 17.; quinimo illius vanitatem interne agnoscunt Rabbi Bechai et Rabbi David ~~Obiect. 5:~~ Ganz; Rabbi vero Akvisch candidè innuere notat, hoc ad solandos populorum animos a suis Doctoribus esse confictum. Neque vero remorari debet itinerarium Beniamini Tudelensis, quem Constantinus Lempereur mendacii, imperitiae, ac nugarum non semel arguit.

Obiect. 5: Si hoc vaticinium tam insigne foret adventus Messiae argumentum, eo certe usi essent Christus, et Apostoli contra Iudaeos: atqui usi non sunt: ergo.

Resp.: Neque mirum plurimis saepe causis ab hoc vaticinio allegando abstinere potuerunt Christus et Apostoli. Et primo quidem ipsis necessarium non fuit omnia quae spectarent ad Messiam vaticinia sigillatim adducere, sed satis fuit Iudaeos remittere ad scrutandas scripturas; Scrutamini Scripturas, dicebat illis Christus Joannis 5. v. 39. illae sunt quae testimonium perhibent de me. Deinde necesse non fuit hoc vaticinium tunc afferri, quia non ad Messiae personam sed ad ejus adven~~tum~~tus futurum duntaxat tempus pertinebat; de hoc vero nulla tunc erat de tempore quo Messias advenire deberet controversia. Omnes enim Iudaei tunc persuasum habebant tempus illud jam advenisse, ideoque Christum solliciti et anxie expectabant. Denique inde etiam fortasse Christus et Apostoli ab eo testimonio adducendo supersederunt, quia nondum satis exploratum erat defecisse Iudaeorum sceptrum, cum eorum Respublica utcumque staret, etsi sub Principe alienigena.

Obiect. 6. Opponunt denique oraculum Jacob de sceptro in tribu Juda non auferendo donec veniat Messias intelligi non debere. Primo quia saepius recepit sceptrum illud in tribu Juda. Ante Davidem enim nullus extitit in Juda Rex. Secundo quia utique longe ante Herodem sceptrum defecisse dici deberet, saltem in Sedecia qui ultimus Rex fuit in Babyloniam captivus a Nabuchodonosore ductus; et consequenter cum Jacob vaticinio tunc venturus Messias promittatur, cum sceptrum de Juda defecerit, debuisset Messias statim post Sedeciam venire in quo defecit sceptrum de Juda; atque ita quingentis annis priusquam venerit venire.

Resp. Ad primum quod attinet respondeo, in vaticinio Jacob non

de

de initio sceptri in Juda sermonem esse, sed de ejus fine ac cessatione: quapropter nihil ad rem nostram facit, quod tardius sceptrum illud in Juda inceperit. Quantum vero ad tempus quo praecise sceptrum illud in Juda defecisse dici debeat, an post Sedeciam, an in Herode, objectionis hujus solutio pendet ex alia quaestione, quam statim expendendam suscipimus.

Nomine Juda Jacobus peculiarem Judae tribum designare voluit.

Prob. primo ex vaticinii ipsius verbis et scopo. Primo enim cum Jacob convocasset omnes filios suos, extrema eis vel oracula vel monita daturus, singulos seorsim ac singillatim sumptos allocutus est: cum ergo in hoc vaticinio ad Judam nominatim verba dirigeret, in eum distincte cadere debuit oraculum. 2do diserte Judas illic a fratribus suis distinguitur versu 8. paulo ante vaticinii verba: Juda, inquit Jacob, te laudabunt fratres tui. manus tua in cervicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. cum ergo continenter adjiciat; Non auferetur sceptrum de Juda &c. profecto is intelligendus est quatenus a fratribus suis distinguitur. 3tio ibidem versu 28. testatur Moyses, Jacobum illic benedixisse singulis filiis benedictionibus propriis: ergo benedictio Judae ipsi propria est non vero cum tota gente communis. 4to denique antecedentia et consequentia, ut omnes confitentur, ad tribum Juda specialiter pertinent: ergo et intermedia. Quid enim absurdius quam ista ab aliis divellere?

Probatur 2do ex Patribus. Origenes Homilia 17. in Genes. // Constat, inquit, usque ad nativitatem Christi non defecisse Principes ex genere Juda, nec duces de femoribus ejus, usque ad Herodem Regem //. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 12. // Si habent inquit, Judaei principem e genere Juda et David, nondum venit qui expectabatur //. Epiphanius in haeresi Ebionitarum // continua serie, inquit, ad Christum usque perseverant a Juda et David regnum et qui e Juda oriundi erant principes ac Patriarchae //. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 47. // Sunt litterae certissimae, inquit, quibus ostenditur primum alienigenam regem fuisse in gente Judaeorum, quo tempore natus Christus est. Ita non defuit, ex

da

Pro expl.

[illegible] capitis hujus prof. exponere volentes [illegible] dicendi provinciam suscipimus. [illegible] [illegible] pro Lea [illegible] Patriarcham Jacobum designare voluisse tempus quo messias venturus erat [illegible] est. Sed quoniam [illegible] Hebraei [illegible]

Propos. 2

interpretamentis [illegible] hoc testamenti [illegible]. postea vero [illegible] ipsi [illegible] disputationes [illegible] reddemus. [illegible] modo est [illegible] quid nomine Judae [illegible] Patriarcha ille intellexerit. [illegible] animadvertentes Theologi Lege ut in folio [illegible]

Quicquid sit de tam variis opinionibus sententiam nostram [illegible] asserimus.

[illegible]

Quod idem est ac dicere a Davide ad Christum [illegible] defuisse principem aliquem ex [illegible] Juda [illegible] qui [illegible] exerceret, leges ferret, et sceptri teneret auctoritatem.

Atque ut [illegible] clarior [illegible] sequentes [illegible]

constat ergo 1. ex vaticinii verbis et scopo.

ex Patribus [illegible] pro [illegible] // [illegible] est igitur inquit accurate [illegible] ac dicere quo usque [illegible] fuerit [illegible] quin Judaei [illegible] neque quoad apparuit J. Christus [illegible] [illegible] est [illegible] per [illegible] defecere principem e Judaeis [illegible] quem regia dignitas [illegible] Judas enim Judaeorum [illegible] fuit, a quo et Judaeorum nomen habent //

A solis Romanis plagas suas et plagas seminis sui [illegible]

Prob. 3. ex confessione adversariorum, qui initio Christiani aliter exponunt et fatentur sceptrum esse insignia regis ungendi ita Pacius de sceptro et non minus esse pro solem; quinimo planiorem ad intelligendum et ad credendum reddiderunt, totam namque hanc prophetiam ad tribum Juda pertinere.

Solo etsi defecit sceptrum in familia Jeconiae, non idcirco in tribu Juda

unde &c.

Zorobabel Jeconiae nepos &c.

Dux datus ..

[illegible]

omnia autem [illegible]

de semine Juda, donec venirent, quae reposita erant &c. Similia docent Cyrillus Alexandrinus, Hieronymus, aliique.

Probatur 3tio. ratione Theologica. Ex hoc vaticinio sancti Patres ac Theologi passim colligunt, Christum esse debuisse e tribu Juda atqui nulla esset hujus argumenti vis, si vaticinium illud non de sola tribu Juda, sed de tota gente acciperetur: ergo &c. Accedit quod verba illa de femore ejus naturalem ex ~~tribu~~ Juda propagationem sonant, ut compertum fit ex aliis scripturae locis v. g. Genes. 46. v. 26 ~~[illegible]~~ et 35. 11.; et ex Judaeorum confessione: ergo &c.

Object. 1. Deus per Prophetam Jeremiam, praedixerat, post captivitatem Babylonicam nullum fore e tribu Juda Principem capite enim 22. v. 30. de Jeconia Deus loquens ait: scribe virum istum sterilem ... nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David et potestatem habeat ultra in Juda. Ergo tribus Juda caruit sceptro post captivitatem.

Resp. Jeconiae familia totam Judae tribum non complectebatur etsi ergo in illa sceptrum defecisset inde colligi nequit, universam tribum suprema potestate fore exspoliandam; praesertim cum idem Propheta Jeremias c. 33 v. 17. paulo ante captivitatem Babylonicam dixerit non defuturos a Juda ac David, qui in Republica Judaica gubernaculo non sederent: non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel. Prius igitur illud Jeremiae vaticinium de Jeconia hoc solum sensu verum est, quod ex ejus filiis, posterisque nemo regiam dignitatem sit obtenturus non vero quod aut nullus ex eis Dux, aut nullus etiam ex reliqua tribu Juda Dux sit futurus. Zorobabel vel enim Jeconiae nepos post solutam captivitatem Judaeos in Patriam reducibus Dux datus est, ut constat ex libro 1. Esdrae.

Object. 2. ~~Plures~~ Plures ex Patribus, ut Justinus in dialog. cum Tryphone, Eusebius lib. 3. et 8. demonstrationis Evang., et Historiae lib. 1., Athanasius de Incarn. Verbi aliique docent sceptrum in Juda usque ad Christum non defecisse, quod gens judaica (omnes vero Israelitae post captivitatem Babylonicam ita appellabantur) usque ad eundem Principes habuerit; postea vero defecisse, quod totius gentis im-

pe-

perium deletum fuerit: ergo nomine Juda in Jacobi vaticinio totam Israeliticam nationem designari Patres intellige=bant.

Resp. Nego conseq.m. Jamdiu enim post Davidem apud Hebraeos sceptrum mansit, quamdiu tribus Juda illud retinuit: tunc autem ab Hebraeis defecit, cum tribus Juda illud amisit. Ita ergo Patres loqui potuerunt, quamvis Judae nomen eo in vaticinio ad universam Israelis gentem extendendum esse non crediderint. Ostendentes enim usque ad Christum Judaeorum Rempublicam stetisse implicite ostendebant, tribum Juda sceptro fuisse potitam. Demonstrantes autem universae illius gentis imperium esse jam pridem eversum, consequenter demonstrabant etiam tribum Juda suprema jam potestate expoliatam esse. Ceterum si qui sunt ex antiquis, qui in oppositam sententiam propendisse videantur, quod de Eusebio praesertim non inficiamur, eis opponimus Patres, quos supra laudavimus.

Obiect. 3. Anno undecimo Sedecia postremi inter Reges Juda, capta per Nabucodonosorem Jerusalem Rex pariter ac populus Babylonem translatus fuit, ubi durissimam servitutem passi sunt, per annos 70. Qua igitur ratione sceptrum in Juda a Nabucodonosore usque ad Cyrum Persarum Regem, qui Judaeis facultatem indulsit in Judaeam redeundi, perseverasse dici potest?

Resp. Respondemus, in captivitate Babylonica obscuratam potius et certis limitibus coarctatam, quam penitus extinctam sublatamque fuisse supremam potestatem in tribu Juda. Namque et Israelitas in captivitate jus vitae ac necis retinuisse patet ex historia Susannae Danielis c. 13. et constans est Judaeorum opinio, tunc etiam sceptrum penes quosdam e tribu Juda resedisse. Praeterea Joachim Regem Juda, quem undecim annis ante Sedeciam adduxerat Babylonem Rex Nabucodonosor, Evilmerodach ejus successor anno trigesimo septimo transmigrationis ejus sublevavit de carcere et posuit thronum ejus super thronum Regum, qui erant cum eo in Babylone et ... mu-

opp. ex PP. ... quia post captiv. Bab. ... trib. ...

solv. negando, quia post Davidem Judaei manus ... tribus Juda retinuisse.

unde sic potuerunt loqui Patres, quamvis Juda nomen ad universam gentem non extenderint;

demonstrantes vero imperium eversum, etiam Juda sceptrum amisisse, ideoque.

Ceterum si qui e. v. Eusebius, opp. alios Patres.

Joachim genuit Jechoniam

Sedecias postr. Rex.

solv. obscuratam non extinctam

prob. ex ... Susannae ...

prob. ex Rege Joachim quem Evilmerodach an. 37. transmigrationis suae sublevavit de carcere.

mutavit vestes ejus, quas habuerat in carcere et comedebat panem semper in conspectu ejus cunctis diebus vitae suae. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quae dabatur ei a Rege per singulos dies omnibus diebus vitae suae: lib. 4. Regum c. 25. Ceterum 70. annorum spatium, quo evoluto certum noverant Judaei ex Jeremia 25. v. 9. 29. v. 10. et Daniele 9. v. 2. se in Patriam redituros, in tot saeculorum serie, qua illorum stetit Respublica, brevissimum tempus censeri potest, quam ut computari mereatur.

Post captivitatem Babyloniam usque ad Herodem, hoc est per quingentos et amplius annos, deinde Hebraea Respublica Principes ac Moderatores Assamonaei, seu Machabaei non ex tribu Juda, sed ex tribu Levi oriundi fuere: quo igitur pacto a captivitate Babylonica usque ad Herodem dici potest sceptrum in Juda permansisse? (Assamonaei ex monte Assamon)

Pluribus de causis affirmamus, sceptrum, seu supremam potestatem penes tribum Juda toto eo temporis intervallo, quod a Babylonica captivitate ad Herodem usque fluxit revera perseverasse. Primo quia Respublica illa toto hoc tempore non alio nomine, quam tribus Judae appellata est. Cum enim Cyrus Persarum Rex amplam Israelitis omnibus in Judaeam redeundi potestatem fecisset, sola tribus Beniamin et tribus Levi tribui Juda se adjunxerunt, ut narrat Josephus lib. 11. antiqui. c. 5., cetera autem assuetum domicilium relinquere noluerunt. Porro cum tribus Levi ex officio rebus sacris mancipata esset, Beniamitae vero pauci numero forent: Respublica illa ex sola tribu Juda coaluisse merito dici potest. Et profecto sceptrum ipsa tres istas tribus pro unica tribu Juda habuit. Cum enim ex Palestina decem tribus in Assyriam deportatae fuissent, quae nimirum regnum Israel componebant et in Palestina mansissent tribus Levi, tribus Beniamin, et tribus Juda; sacer scriptor 4. Reg. 17. v. 18 affirmare non dubitat, solam tribum Juda in Palestina remansisse iratusque est Dominus vehementer Israeli, et abstulit eos a conspectu suo, et non remansit nisi tribus Juda tantummodo. Cur vero ita, nisi quia robore ac numero ita illa praestabat, ut duae aliae tribus prae ipsa nullae haberentur? Quo factum est, ut tribus Juda toti Reipublicae usque suo Religioni, imo et omnibus exinde per orbem sparsis Hebraeis nomen a suo fecerit, ut testatur Josephus

Dan. 9. v. 2. ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jer. ut complerentur desolationis 70. anni

Chald. 4.

Jer. 15. v. 11 [illegible] in [illegible]

solve //
non deserit sceptrum de Juda post captivitatem Babyloniam pluribus de causis.

1. Quia eadem Respublica illa, non tribus Juda appellata initio
nam facta a Cyro redeundi potestate Beniamin et Levi Juda se adjunxerunt; reliquae tribus remanserunt ut Josephus narrat.

//
Porro quia cum nimirum decem tribus Israel in Assyriam deportatae fuissent. et non [illegible] nisi remansisse. dicitur tribus Juda remansisse 4. Reg. 17.

lib. 11 antiquitatum c. 5. Hinc in universum Israelitae Judaei vocantur Esther 8. v. 13. et 17. Actor. 2. v. 5. quod eundem apud Philonem, Josephum, aliosque scriptores usitatissimum est

Secundo, quia tribus Juda plurimos ex se Reipublicae duces habuit usque ad Alexandrum magnum. Ac primo quidem Zorobabelem Jechoniae Regis Juda filium, quem rex aucti asserunt per 180. annos Reipublicae praefuisse. Post duces alios innominatos, sed memoratos a Nehemia 2. Esdrae 5. v. 15 qui in chronico Hebraeorum apud Genebrardum et Helvicum appellantur Mesullam, Ananias, Barachias etc.

Tertio quia quos habuit ex tribu Levi, sua sponte elegit, iisque liberae electionis via suam auctoritatem commisit, ut esse posset unicuique olim vere suam: ita ut reges ipsum velut fontem ac furnum suprema potestas esse censeretur. Ita Josephus Originum lib. 20 c. 8. diserte tradit, Assamonaeis principatum gentis fuisse creditum. et lib. 1. de bello Judaico c. 1. Mathathiam Machabaeorum Patrem ob praeclara facinora electum eis benevolentibus praefuisse. De Jonatha 1. Machabaeorum 9. v. 30 habetur libera electione assumptum fuisse in Principem. Simon pariter communibus omnium votis dux creatus est 1. Machabaeorum 13. v. 45. Idem dic de quibusvis aliis ob rationem jam adductam

Quarto denique, quia penes Senatum Judaeorum sive Sanhedrin qui maxima ex parte ex tribu Juda conflatus erat suprema illa in Republica potestas residebat, quae quidem tanta erat, ut par fuerit non modo Ducis potestati, sed Regis etiam auctoritati. Sedecias enim senatores illos alloquens, Regem nihil eis denegare posse affirmat Jeremiae 38. v. 5. Dixit rex Sedecias, ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est Regem vobis quidquam negare. Id ipsum confirmat Josephus, qui refert lib. 11 cap. 4 Reipublicae Judaicae formam post reditum e Assyria fuisse aristocraticam, quod per optimates certo numero delectos administraretur; imo libro 14. c. 17. narrat, tanta fuisse senatum illum auctoritate etiam sub Hircano Rege, ut Herodem Galilaeae praefectum, et coram se in jus vocaverit, Rege etiam invito, sine dubio morte damnaturum, nisi ille fugam nocturnam ac salutem reperiendam arripuisset. Hoc ipsum testimonio suo confirmant

Judaei

[Margin notes:]

ubi non desierunt usque ad Alex. magnum Reip. per 300. et amplius annos

3tio quia quos habuit, sponte elegit. Ita Josephus

4to quia penes senatum

Idem confirmat Josephus

imo etiam sub Hircano Rege; nam Herodem ... vocaverit

confirmatur ex confess. Rabbinorum

Judæi doctores, Rabbi Abraham in Chronico cabbala: // In templo secundo hac fuit consuetudo inquit, ut Rex e familia Assamonæorum et servis eorum, filiis Herodis educeret ac reduceret exercitum, curaretque omnia, quæ ad regnum pertinerent. Verum quæ ad legem spectabant statuta et judicia ad os sanhedrin Principis de domo David fiere facta, et juxta mandatum Pontificis, ac synedrii //. Rabbi autem David Ganz in Zemah David, // is mos erat Hierosolymis, inquit, quamdiu esset regnum e familia Assamonæorum et post eos ex familia Herodis: ecce semper fuit princeps de domo David. Nam Rex curabat exercitum et res bellicas: Verum quæ ad legem pertinebant statutaque ac judicia ad nutum Pontificis et Principis e familia David administrabantur //. In eo conspexerunt qui rem istam accuratius expenderunt præsertim vero Erotius qui in cap. 5 Matthæi n. 22. post multa de eo argumento disputata // Ex iis quæ diximus, inquit apparet etiam regno constituto magnam fuisse senatus auctoritatem, et regiæ velut parem //. Et paulo post pag. 49. // Summa rerum inquit penes hunc senatum fuit. unde et sceptrum regium in curia asservabatur //. Pro certo igitur habendum est, ne ea quidem ætate qua Assamonæi seu Machabæi duces fuerunt sceptrum penes tribum Juda, et familiam David defecisse. Sed qui plura hac super re desiderat legat Vitayle pag. 103. et sequentibus.

Object. 5. Nulla est captivitatem Babylonicam apud Judæos veri nominis, ac libera Respublica fuit. nam a Regibus Persis suos Principes accipiebat ut Nehemiam ab Artaxerxe, iisque tributa solvebat: sub imperio autem Græcorum (?) vectigalis fuit, ut refert Josephus lib. 11 cap. 4, et 1. Machabæor. × v. 29. quia etiam modo Syriæ, modo Ægypto contributa est, horumque regnorum pars fuit, ut iterum narrat Josephus lib. 12. Originum cap. 3.: atqui veri nominis ac libera Respublica nec suos ab extraneis Regibus principes accipit, nec iis tributa solvit, ubi autem non est Respublica, ibi profecto sceptrum non est: ergo &c.

Resp. Mirum videri non debet, si quos Judæi a Regibus Persis acceperint Principes. Cum enim ab iis potestatem in Patriam remeandi accepissent, cumque omnibus auxiliis essent destituti, necessitate ipsa cogebantur, ut ob iis saltem inter hujusmodi concordia penderent. Ceterum si Nehemiam, Zorobabelem et Esdram excipias, nullos reperies Principes, quos a Persarum Re-

Regibus habuerunt Judæi. Tributa alii solverunt: verum Respu-
blicæ aliæ aliæque Monarchiæ non desunt, quæ eidem conditioni
obnoxiæ sunt, neque idcirco tamen omni libertate, imperio, ac reg.
sceptro destituuntur. Quamvis Judæi post captivitatem Babylo=
nicam reduces aliorum Regum injuriis ac imperio fuerunt
identidem vexati: suprema tamen facultate in suos, vitaque
ac necis jure destitutos non fuisse, et ex iis quæ supra diximus
patet, et aperte traditur 1. Esdræ cap. 7. ubi Esdræ dicitur
ut constituat judices et præsides, ut judicent omni populo, qui
est trans flumen. et omnis qui non fecerit legem Dei et legem
diligenter judicium de eo erit, sive in mortem, sive in exi=
lium, sive in condemnationem substantiæ ejus vel certe in car-
cerem. Hinc Hieronymus lib. 1. in Isaiam cap. 1. // Post Ba=
bylonicam captivitatem inquit, sub Zorobabele, et Esdra, et
Nehemia, Israel reversus est in Judæam et antiquum re-
cepit statum // et ibidem ad illud Isaiæ, restituam judices
tuos ut fuerunt prius &c. // Restituet ergo, inquit, judicum
similitudinem post captivitatem Babylonicam, ut Judæi volunt
Zorobabelem, Esdram, et Nehemiam et ceteros principes, qui
usque ad Hircanum populo præfuerunt // Inde etiam flu-
xit illud apud Thalmudicos pronunciatum, videlicet Esdram
et viros Synagogæ magnæ coronam in statum pristinum re=
stituisse. Quam autem illi Rempublicam condiderant, eandem
confirmavit Alexander magnus, apud Josephum lib. 11. originum
cap. ult. eandem denique cum aliquandiu et per certa
temporum intervalla ab Ægyptiis Syrisque Regibus fuisset
vexata, in pristinum decus, et antiquam libertatem Ma-
chabæi fratres, jugo gentium penitus excusso, revocarunt.
Sceptri nomine intelligitur dignitas regia. sed post Babylo= O. obj. 6
nicam deportationem nemo ex tribu Juda regia dignitate re=
fulsit. ergo &c. Hinc Huetius propos. 9. censet, in Jacobi va-
ticinio non de sceptri fine, sed de illius in media perpetui=
tate sermonem haberi.

Respondeo, sceptri nomine non modo regiam dignitatem, sed Resp.
quamcumque etiam supremam auctoritatem intelligi. cer-
tum enim est ante Saulem nullam fuisse quæ Israelitis
regiam dignitatem, et tamen ante Saulem erat iure eo:

re-

prolatum ex Esdra

et Hieronymus.

inde axioma

Alex. m. confirmavit
temp. 1.

Prosequuntur objectioni
opponentes ex vera sceptri
opposito &c.
vide Huetium &c.

Solve, significari
etiam quamque
supremam auctori=
tatem.
Nam ante Saulem

sceptrum, neras Judices minorum. Libro enim pro Regum cap 7 v. 7. de templo verba faciens Deus, ita ex phrasi Hebraisa ait. Numquid loquens locutus sum ad unum e sceptris Israel? Quod utique de judicibus est intelligendum. Accedit consensio sanctorum Patrum et Judaeorum Jacobi vaticinium ita explicantium. Huetii interpretationem rejicimus; est enim adversa universali traditioni, quae e scepti defectu inconcussum semper pro Messiae adventu argumentum sese eruere posse putant.

Obiect. 7. Juxta Jacobi vaticinium Duces non modo secundum communem hominum existimationem debebant esse de Juda, sed etiam de femore ejus, hoc est de genere et stirpe Juda ad Christum usque. atqui ex hactenus dictis plerique Juda omnes Principes post Babylonicam captivitatem e tribu Levi fuerunt: ergo post Babylonicam captivitatem statim impletum est vaticinium; proindeque non de Messia, sed de Cyro intelligendum. seu ut melius dicam nomine Juda non singularem tribum, sed totam Judaicam gentem Jacob significant.

Resp. Distinguo minorem. Plerique Judaeorum principes e tribu Levi fuerunt, qui tamen a tribu Juda eligebantur, et ab ea auctoritatem suam accipiebant, concedo, secus nego minorem. Responsio petest ex solutione objectionis Abe. Aben-Ezra et post eum Petavius hebraica lectione nixi, in qua non de femore ejus, sed de inter pedes ejus habetur, volunt verbis his non naturalem propagationem indicari, sed allusionem fieri ad leonem, cui paulo ante comparatus fuerat Judas, quique praedam a se captam unguibus ita constringit ac tenet, ut eam e medio pedum suorum extorquensis non natatur. sed quoniam per verba illa veram originem ac stirpem intellexerunt 70. interpretes, vulgatus noster, tres Chaldaei paraphrastae, aliique plures, non est ut a nostra responsione superius explicata recedamus. Itaque nomine scepti supremam auctoritatem accipientes, illud post captivitatem etiam perdurasse dicimus, quia Judaica Respublica permansit: nec defecerunt Duces ex visceribus Juda, quia licet plures illius Reipublicae Principes fuerint ex tribu Levi, alii tamen erant e tribu Juda qui in supremae potestatis communionem veniebant, utrique publi: ca-

in vulgata ad unum de tribubus Israel;
sed de judicibus intelligendum
juxta Patres
rejicimus expositionem ubi
est contra traditionem et Patres;

non Duces non modo de Juda
sed de femore ejus;

Distinguo. fuerunt de tribu Levi.
sed a tribu Juda sponte
eligebantur concedo.
aliter nego

Observa cum Aben-ezra et Petavio
juxta hebraicam lectionem
non fieret. aliqui de similitudine
leonis.

sed nos non recedimus a nostra
expositione

unde perseverasse sceptrum dicimus
ob rationes superius adductas

cum eum ipsi administrabant, et a quibus viri Levitici generis eligebantur.

Sunt, qui vocem hebraicam mechokech, quam vulgatus vertit Dux, etiam scribam significare volunt, et pro scriba hic revera accipiendam esse; ut nempe allusio fiat ad illum tunc temporis morem, quo scriba ad pedes judicis sedebat, ut ejus mentem intelligeret, et sententias acciperet, atque in publicum spargeret: quo quidem significaretur, non recessurum scribam et legislatorem, et judicem a tribu Juda, donec veniat Messias. —

quidam volunt significare scribam.

Schol.

Priusquam caput istud concludamus, superest ut dicamus quarum penes tribum sceptrum esse coeperit, tum quando et quomodo sceptrum ipsum in Juda defecerit. Jam vero ad primum quod attinet respondeo, tribum Juda ab exitu Israelis ex Aegypto nobis exhiberi supra ceteros honore ac dignitate superiorem. Primas enim habuit in castris metandis, Numer. 2. 23.; in iisdem movendis Numer. 10. 14; in offerendis Deo muneribus Numer. 7. 11.; in recensione tribuum Numer. 34. 19.; in terrae Chanaan divisione Josue 15. v. 1.; in assignandis Leviticis urbibus ibidem cap. 21. v. 4.; ac denique in bellis adversus Chananaeos gerendis Judic. 1. v. 2. et 19. Ante Davidis tamen regnum sceptro vere ac proprie potita diu nequit → in offerendis e. Primo

Priusquam enim Israelitae Regem haberent, theocratia erat, ipsique Judices Legatorum vices duntaxat agebant. Unde Gedeon Judic 8. v. 23. cum Israelitae eum rogarent in Regem non dominabor vestri, inquit... sed dominabitur vobis Dominus. Hinc etiam cum Israelitae Regem a Samuele postulassent 1. Reg. 8. v. 7. Non te abjecerunt, inquit Deus, sed me, ne regnem super eos. Primus autem Regum Saul erat e tribu Beniamin, cui et Juda, et ceterae tribus subiiciebantur. Ex quo consequens est, ut Judaici sceptri principium proprie in Davide figendum esse videatur.

Quod spectat ad alterum respondeo, Sceptrum et imperium Judaicum ita gradatim concidisse, ut in ultimo tandem gentis excidio penitus extinctum sit. Omnis enim Respublica libera, et omni ex parte absoluta quinque necessario postulat. Primo ut a nullo extraneo pendeat et vectigalia alienis non solvat. 2do ut Principes suos vel hereditario jure, vel electione spontanea habeat, nec ab extraneis alienigenam unita

aui.

3. ut recreat [illegible]

4. ut ius vitae et necis.

5. ut

. Pompeius

12. Senatum hom.

3. sustulit Herodes

4. sustulit Augustus
qui relegato Archelao
Judaeam in formam provinciae.
60. annis ante eversam Ier.

5. tum Vespasianus
[illegible]

occupat. 3tio ut viros habeat ex se electos, qui suprema cum auctoritate omnia administrent, quaeque componant, quo graviora negotia versarentur. 4to ut jus vitae ac necis in suos habeat, nec majori regno contineatur aut ejus pars sit. 5to denique ut suis utatur legibus apud se proprios magistratus propria sacra, ceteraque id genus illibata servet.
Et vero primum abstulit Pompejus, qui ab Hircano Rege cum Aristobulo fratre bellum gerente accitus, Jerosolymam cepit, urbe imperavit, ditionisque parte evecta sacris que violatis, Judaeos Romanis subdere coepit: ut narrat Josephus lib. 14. c. 8 antiq. et de bello Judaico lib. 1. c. 5. Secundum, hoc est proprios Principes sustulit Senatus Romanus, cum Judaeis invitis Regem dedit alienigenam Herodem; ut refert idem Josephus lib. 14. c. 26. Tertium sustulit Herodes ipse, cum majorem Judaeorum Senatum extinxit, interemptis praeter unum ~~Sameam~~ Sameam eximiae integritatis ac severitatis virum, omnibus Senatoribus, et aliis e faece plebis in eorum locum substitutis. Quartum abstulit Augustus, cum videlicet Archelao Herodis filio Tetrarcham in exilium relegato, Judaeam in provinciae Romanae formam redegit, jusque gladii Hebraeis ademptum in missum a se Judaeae procuratorem transtulit sexaginta circiter ante versam Hierosolymam annis, ut videre est apud eundem Josephum lib. 18. c. 1. et lib. 2. de bello Judaico c. 11.: quod ipsimet Judaei in Evangelio testantur Joannis 18. 31. cum ajunt; Nobis non licet interficere quemquam. Quintum denique abstulit Vespasianus eversa per Titum urbe, Templo exusto, sacris abolitis, totaque gente exterminata: quod fuse Josephus descripsit et omnes norunt. Quo factum est, ut in Messiae nostri poenam Judaei dispersi juxta oraculum Oseae 3. v. 4 sederint sine Rege, et sine Principe et sine sacrificio et sine altari, et sine ephod et sine teraphim. — Lege Vitasse pag. 110.
(Herodes vel fuit Ascalonita, hoc est Philistaeus genere ~~[illegible]~~ Chanaan, vel Idumaeus ex familia [illegible] [illegible])

Caput 22.

De Danielis, Aggaei et Malachiae vaticiniis, ex quibus Messiam a multis saeculis jam advenisse viribus demonstratur.

Quaestionis status.

Humani generis Reparatorem a multis jam saeculis advenisse, luculentissime constat ex adducto capite praecedenti Jacobi vaticinio. Supersunt tamen tria adhuc oracula, Danielis, Aggaei, et Malachiae, quae adversus Hebraeos a nobis hic sunt expendenda, cum praesertim mirum in modum christianam fidem confirment, eaque vehementer Judaei reformident. Daniel quidem cap. 9. adventus Messiae tempus, illius passionis et mortis circumstantias, Judaicae Religionis interitum sempiternum urbis, quae Religionis illius arx erat et sanctuarii demolitionem, tum perpetuum sacrificiorum et caeremoniarum, quae illic ex lege Mosaica praescripto fiebant, interitum tam accurate descripsit, ut agnoscentes Judaei hujusmodi vaticinium tergiversatione nulla posse eludi, ab ejus lectione abstinendum esse censuerint. Hujus rei testis est vir gravissimus Simeon de Magistris Congregationis Oratorii de Urbe Romae Presbiter, qui Diss. 1. in Danielem ex versione 70. virorum pag. 333. hac habet. // Ipsius enim Prophetiae lucem ferre non poterant neque modo possunt, adeoque perraro legunt Hebraei Danielem // Idem repetit in literis ad amicum datis die 13 Junii an. 1776. observans, in vetustissimo codice Hebraeo qui in hac Archiepiscopali Bibliotheca asservatur, Danielis Prophetiam ea de causa desiderari, quod cum non legeretur in synagogis, eam amanuenses etiam praetermiserunt. // Mi rallegro inoltre del tesoro che possiede cotesta città nei due codici Ebraici della Bibbia. Intorno la cagione per cui manca in uno dei ~~quali~~ due codici suddetti, nam de altero nihil mirum, cum nonnisi quidam libri in eo con:

× versus mox referendos

quae Judaei reformidant

cum non, ~~...~~
exponere
abstinent a legendo

ut testatur Simeon de Magistris

Idem repetit in litteris 13. Junii 1776. observans

216 . ti:

tineantur) manca, dicebat, la profezia di Daniele ricor-
domi di aver detto qualche cosa nell'opera appartenente
alla stessa Profezia, vi ho trovato nella pagina 333. dopo
altre questa ragione: perchè nelle sinagoghe non venia
letta questa Profezia, si omette dai copisti: nè potrei di-
ciò produrre testimonianza migliore che quella del loro co-
dice // Huc usque vir doctissimus.

Judaei ut vim auferant Danielis va[ticinio]
illum scriptorem agiographum concedunt
a Deo inspiratum,
sed non prophetam q.
vel quia per obscura somnia
vel quod Angelum in se non
deprehenderit.
vel quia in aula Regis.

Verum Josephus ut magno prophetae

Judaei quidem ut Danielis vaticinii vim auferant, illum non
inter Prophetas, sed inter agiographos adeo utique inspira[tos]
recensent; seu quod ut ait Maimonides, per obscura so-
mnia revelationes ipsi factae fuerint, sicut illi affirmant:
seu quod, ut refert Natalis Alexander, Angelum in se
non deprehenderit, sed exterius alloquentem viderit. seu
demum quod, ut alii volunt in aula Regis non aliorum
more Prophetarum vixerit. Verum Judaicarum rerum
scriptor peritissimus Josephus non pro agiographo solum
ac divinitus inspirato, sed pro magno etiam propheta ha-
bet Danielem. De eo enim loquens lib. 10. antiq. apud Theo-
doretum // omnia, inquit ipsi incredibiliter ut uni ex maxi-
mis Prophetis concessa sunt, omnique vitae tempore hono-
rem et gloriam et apud Reges et apud populum est asse-
cutus. Mortuus autem monimentum sempiternum. Libri
enim quoscumque ille conscriptos reliquit, apud nos etia[m nunc]
mnnm leguntur (nimirum circa ipsum Jesum Nazarenum ad-
ventum), quibus adducti suavis ut credamus cum Deo
collocutum fuisse. Non enim futura solum quemadmodum
alii Prophetae praedicebat, sed etiam tempus quo illa even-
tura essent definiebat... Eventu autem praedictionum ve-
ritatis fidem, et divinitatis opinionem apud multitudinem
consequitur //.

Expresso Danielis vaticinio addam oracula Aggaei cap. 2. et
Malachiae capite 3., ex quibus pariter ad Messiae adven-
tum Judaeis persuadendum efficacissimum argumentum
eximere solent Theologi; quidquid regerant nonnul-
li, qui ut videantur sapere non receptas modo Theo-
logorum sententias, sed Calum ipsum vituperant. In-
terim sic statuimus primo.

Danielis vaticinium cap. 9. conscriptum, Messiam a pluribus saeculis jam advenisse, evidenter ostendit. Propos. 1.

Prob. Cum Propheta Daniel fusis ad Deum precibus supplex postularet populi a durissima captivitate Babylonica liberationem; Angelus Gabriel jussu Dei ad illum accessit, eique venturum Christum, et adventus futurum tempus annunciavit his verbis cap. 9. et seqq. Tu ergo animadverte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt (hebraice definitae sunt) super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et Prophetia, et ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo et animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem usque ad Christum ducem hebdomades septem et hebdomades sexaginta duae erunt, et rursum aedificabitur platea, et muri in angustia temporum: et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus; et non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et Civitatem, et Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una; et in dimidio hebdomadis deficiet hostia, et sacrificium: et erit in templo abominatio desolationis; et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio.

Ex hoc porro vaticinio sic argui licet. Qui apud Danielem venturus praedicitur, ~~juxta Angeli supputationem advenire debebat intra 70 hebdomadas~~ ordiendas ~~ab exitu de instauranda Jerusalem post captivitatem Babylonicam~~ ille a multis jam saeculis venit: sed qui venturus praedicitur est Messias: ergo Messias a multis jam saeculis venit. Major probatur. Qui venturus apud Danielem praedicitur, is advenire debebat primo intra 70. hebdomadas, ordiendas

ab

Atqui hæc omnia jam evenerunt. ... effluxerunt hebdomades sive dierum, sive annorum

ab edicto paulo post captivitatem Babylonicam ferendo, ut iterum extrueretur Jerusalem; sic enim Angelus loquitur: ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem &c. 2do ante ejusdem civitatis instauratæ eversionem et Templi dissipationem; sic enim Angelus addit: et Civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. 3tio ante sacrificiorum Mosaicorum abrogationem: ita enim ait idem Angelus: deficiet hostia et sacrificium: uno verbo ante Reipublicæ Judaicæ mox restituendæ extinctionem, et Judaicæ gentis exterminationem; id enim aperte arguit oraculi series: atqui hæc singula jam dudum acciderunt: ac primo quidem ab edicto quod datum est post captivitatem Babylonicam ut iterum extrueretur Jerusalem, 70. hebdomades jamdudum effluxerunt: duplex enim duntaxat hebdomadarum genus dari potest, dierum videlicet et annorum: quod utrumque non in scripturis modo, sed etiam apud Judæos et profanos scriptores usitatum est; sic hebdomades dierum nominat Moses Levit. 12. v. 5., hebdomades annorum Levit. 25. v. 8. ubi ad jubilæum sic adiicit: Numerabis ~~...~~ septem hebdomades annorum, quod quidem hebdomadarum genus etiamnum extat apud Thalmudicos: atqui sive dierum, sive annorum ut vera sunt hebdomades illæ intelligantur, diu est ex quo effluxerunt: ergo &c. Civitas deinde et Templum post captivitatem Babylonicam extructa jamdudum pariter eversa sunt a Tito: sacrificia Mosaica ut constat penitus abrogata et abolita sunt, nec a mille septingentis et amplius annis celebrantur: ergo &c. Uno verbo quod apud Danielem prænunciatur debuit eo temporis intervallo contingere, quod inter Hierosolymorum instaurationem mox faciendam, et ejusdem urbis eversionem postea futuram interjectum fuit: atqui intervallum illud jampridem elapsum est: ergo &c.

A civitas et templum eversa

B: sacrificia &c. abrogata

Minor superioris syllogismi, Messiam scilicet esse qui venturus prædicitur, sic probatur. Qui in adducto vaticinio a Daniele post 70. hebdomades venturus annun-

Probo Jesum esse Messiam ex characteribus quos illi tribuunt Prophetae.

dicitur, iis notis et characteribus insignitus est, quibus Prophetae Messiam passim designant: ergo qui in adducto vaticinio a Daniele post 70 hebdomades venturus annunciatur Christus idest Messias. Antecedens probatur. Nota, et characteres praecipui, quibus Prophetae Messiam designarunt, sunt primo quod Messias Christus, seu unctus per excellentiam appelletur. ut Psalmo 44. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. Et Psalmo 2do. Astiterunt Reges, et Principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

2do, quod Christus Dux seu Princeps dicatur, Isaiae 55. v.4. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac praeceptorem gentibus. Et Michaeae 5. v.6. Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Zachariae 9. v.9 Exulta satis filia Sion, et jubila filia Jerusalem: ecce Rex tuus venit tibi justus et salvator.

3tio quod sit sanctus per excellentiam, qui peccatorum expiaturus sit, Psalmo 15. v.10. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: et Isaiae 12. v. 6. exulta et lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel. Isaiae 61. v.1. Spiritus Domini super me .. ut mederer contritis corde, et praedicarem captivis indulgentiam.

4to quod non modo sanctus sit, et justus, sed ipsa justitia sempiterna: Psalmo 71. v.7. Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis, donec auferatur luna: et Isaiae 45 v.8. Rorate coeli desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet salvatorem, et justitia oriatur simul.

5to quod novi foederis auctor futurus sit, ut est apud Isaiam c. 2. v. 3. de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem: et apud Jeremiam 31. v.31. Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Juda foedus novum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum. Idem habet Ezechiel, Michaeas 4.

6to quod sacrificia legis veteris sit abrogaturus ut testatur Malachias 1. v. 10. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de

ma-

manu vestra. ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Similia habet Isaias c. 1. v. 11. Jeremias 9.

7mo quod nostrorum causa sit occidendus. Ita pronunciat Isaias 53. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit: et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. His similia habet Jeremias 11. v. 19. Zacharias, aliique.

8vo quod propter ejus necem templum et civitas solo sit aequanda, ut praedixit Isaias c. 25. v. 2. Posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, ut non sit civitas et in sempiternum non aedificetur: et Jeremias cap. 19. Haec dicit Dominus exercituum: sic conteram populum istum et civitatem, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra curari.

Porro his ipsis notis et characteribus insignitus est ille, qui in adducto vaticinio a Daniele post 70 hebdomadas venturus annunciatur, ut patet ex ipsius vaticinii verbis 70. hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna et impleatur visio et prophetia, et ungatur sanctus sanctorum etc. c. 9. Atque hinc manavit constans illa veterum persuasio, vaticinium Gabrielis de solo messiae adventu intelligendum esse. // Nulli dubium est, ait Africanus apud Hieron. in cap. 9. Danielis, quin de adventu Christi praedicatio sit, qui post 70. hebdomadas mundo apparuit: post quem consummata sunt delicta, et finem accepit peccatum, et deleta est iniquitas, et annunciata justitia sempiterna, quae legis justitiam vincet, et impleta est visio, et prophetia //. Consentiunt Africano e Rabbinis vetustiores, recentioresque, Rabbi Baruchius in Beresith Rabba, Rabbi Moses Ben-Nachman in Danielem, Rabbi Samuel in epist. ad Rab. Isaac. Hinc communis fuit apud Judaeos ~~expectatio~~ in plenitudine ejusmodi hebdomadarum messiae expectatio: quam quidem

er

Notat etiam ex Matth. cap. 24. v. 15. Cum ergo videritis abominationem desolationis quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat.

ergo tempore evangelii nondum evenerat.

Africanus vir Apostolis proximus

Hinc veterum persuasio vaticinium de solo messia intelligendum

Africanus apud Hieron.

Consentiunt Rabbini

Hinc in finem hebdomadarum verbum omnes messiam expectabant

Hinc contra Romanos arma susceperunt

expectationem indigitat ~~etiam~~ Josephus Flavius lib. 5. de bello Judaico cap. 5. inquiens, vaticinium fuisse antiquum in sacris literis repertum, illis circiter temporibus quempiam ex ipsorum finibus profectum orbis terrarum imperio potiturum: etsi cum ceteris Judaeis enormiter erravit, putans Messiae regnum futurum esse terrenum, turpissimaque adulatione quidem Messiae vaticinia Vespasiano accommodans. Universalem hanc Judaeorum expectationem confirmat etiam antiqua illa traditio, quae etiam reperitur in Talmud tract. 4. Sanedrim, mundum sex millia annorum duraturum, quorum duo priora millia fluere debebant ante legem, duo sequentia post legem usque ad Christum, et reliqua duo usque ad finem: qua de re copiose est qui legatur Thomas Malvenda lib. 1. de Antichristo cap. 15 et seqq. Nos interim audiamus quae contra propositionem hanc afferre solent Rabbini.

Josephus ?

qui tamen erravit turpi adulatione &c.

Traditio 6 mill. an.

Object. 1. Christi nomine allato in vaticinio Messias perperam intelligitur: ergo &c. Ant. probatur. Nomen Christi bis eo in vaticinio positum duas innuere potest personas, quarum prior post hebdomades 7. ventura sit et esse potest Cyrus Monarchiae Persarum fundator, Judaeorumque liberator, de quo apud Isaiam 45. v. 1. legitur: haec dicit Dominus Christo meo Cyro: vel Josue, seu Jesus filius Josedek sacerdos magnus, qui una cum Zorobabele in Judaeam permittente Cyro rediit, ut habetur 1. Esdrae c. 3. v. 2. & Zachariae cap. 3. v. 1.: vel Zorobabel ipse, vel Nehemias, qui anno 20. Artaxerxis in Judaeam missus fuit cum ampla facultate Jerosolima moenia restituendi, portas reparandi &c. Posterior autem persona post 62. hebdomades proditura esse potest Rex Agrippa filius Aristobuli qui in ultimo Jerosolimitano excidio periisse dicitur; vel Hircanus Assamonaeorum ultimus, qui post 70 a Cyro hebdomades regno ac sacerdotio exturbatus est; vel sacerdotium quod in ultima Jerosolimorum clade fuit extinctum; vel denique ipsum Templum Jerosolimitanum: ergo &c.

Obj. nomen Christi bis positum duas innuere personas

prima post 7. hebd. Cyrus vel Josue &c. vel Zorobabel vel Neemias

1. Esdr. cap. 3. v. Et surrexit Josue filius Josedech et fratres ejus sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel, et aedificaverunt altare Dei Israel &c.

2da persona Rex Agrippa filius Aristobuli vel Hircanus

Resp. Nego antecedens. Ad probationem dico, Christum, cujus in allata prophetia bis mentio fit, perperam pro duabus personis sumi. Unus enim idemque Christus est, ad

unam

Nego: nam idem est Xtus.

quem ab exitu sermonis ut iterum aedificetur Jerusalem hebdomades 7. et hebdomades 62. erant futurae. Nec quicquam juvat hebdomadarum partitio, qua primis hebdomadis 7. tum 62. recensentur. Id enim ut Judaeorum more factum est, qui certum ac totum numerum in partes suas ita conjiciebant: ut cum Ezechielis 45. v. 12. dicitur: pondo sicli et 25 sicli, et 15 [...] unam faciant. Quare licet hac in partitione cum veteres nonnulli, tum recentiores non pauci mysterium quaesierint; nullum tamen latere ostendunt Eusebius l. 6. Demonstrat. Evang. pag. 391. Hieronymus in cap. 9. Danielis, aliique.

Amplissima deinde promissiones et insignes notae atque characteres, quae in hoc vaticinio exstant, in neminem eorum quadrant quos adversarii ut nunc vel illum illis Christi proponunt. Non in Cyrum: quamvis enim Deus Isaiae 45. v. 1. illum appellet Christum suum, sive unctum, non tamen ita nuncupat vocavit Cyrum simpliciter, sed alluso ne dubitat ad reges Hebraeorum, qui unctione consecrabantur: qui autem hic Messias memoratur is singulariter [...] dicitur. Accedit quod citato capite Isaiae v. 4. de Cyro Deus, quod non cognoverit Dominum; ideoque non est ille Sanctus sanctorum et auctor justitiae sempiternae.

Is Christus deinde nec Zorobabel nec Josue, neutrum esse potest cum ipsa de causa, tum eo quod post captivitatem nec duces nec sacerdotes uncti seu liniti fuerunt. Ut enim e Thalmudicis notant Martinus Raymundi in pugione fidei et ex eo Sanctius lib. 4. et Huetius num. 14. quinque res semadi [...] defuerunt. ignis vi... arca, urim et thummim, oleum unctionis et spiritus sanctus. Videt et Abravanel in cap. 30. exodi ajens, nullum in templo secundo extitisse sacerdotem unctum.

Posterior autem Christus non potest esse rex Agrippa. Primo enim nunquam Judaeorum Rex fuit, sed Chalcidis, et aliarum extra Judaeam regionum, ut novimus ex Josepho l. 2. originum c. 3.: tantum igitur abest, ut Judaeorum Messias appellari meruerit. Ideo nedum in excidio Jerosolymitano a Romanis interfectus non fuit, verum eorum semper ac praesertim Vespasiani amicus ac socius fuit, ut constat ex Josephi lib. 2. de bello Judaico c. 16.; cumque et Hierosolymitana cladi superstes fuit ex Justo lib. 5. historiarum, eique revera ... suos de bello Judaico libros Josephus obtulit.

Scripsit

---

contextus torqueri.

nec obest partitio hebdomadarum.

sine nullum mysterium in partitione q.

Resp. 1. characteres vaticinii in nullum quadrare praeter Christum

Non Cyrum q

is enim neque oleo spiritus sancti, neque oleo morali unctus fuit.

2 propter sermonem meum

2 hae voces scriptae erant super ... ideo ... cat... alteram ...

na et veritate seu honestate ...

Ideo pers. non Agrippa.
1. qui non rex Judaeorum, sed Chalcidis
2. quia non est mactatus in clade.
3. amicus Vespasiani
4. superstes post excidium q.
ex Justo.

Denique multo minus nomine Christi potest esse sacerdotium designatum, cum ea aetate, ut jam monuimus, sacerdotum unctio non viguerit: aut templum, quis enim unquam audiit templum nomine Messiae, seu Christi designari: corruit ergo omni ex parte adducta Hebraeorum interpretatio.

Object. 12.

Nihil vetat descriptas in vaticinio Danielis 70. hebdomades positas esse pro indefinito tempore; hoc enim sacris aeque ac profanis historiis in more est. Atque ut de sacris interim dicamus Genesis c. 4 v. 24. et Matth. c. 18. v. 22. voces septuplum septies, septuagies septies numerum maximum et indefinitum significant. Quod ipsum probat illud Proverb 24. v. 16. septies cadit justus. ergo &.

Resp.

Fateor per voces has septuplum, septies, septuagies septies nonnunquam in scripturis sacris indefinitum numerum indicari, ut ex allatis testimoniis apparet: ineptus tamen sit oportet, qui ex his inferre contendat, quoties in sacris litteris ejusmodi expressiones occurrunt, toties indeterminatum duntaxat numerum denotari. Saepissime enim ipsa voces ex Hebraeorum ipsorum confessione ita numerum figunt, ut ultro citroque excurrere non liceat. Rei hujus illustre extat exemplum Levitici c. 25. v. 8. ubi praecipitur: numerabis tibi quoque septem hebdomades annorum, ubi quadraginta novem annos definite sanior nemo negaverit. Exemplum aliud exhibet Jeremias c. 25. v. 11. servient omnes gentes ista Regi Babylonis 70. annis: quod revera contigit. Id ipsum de Danielis 70 hebdomadibus dici debere, vel ipsa hebdomadum divisio ab Angelo facta docet, cum quid in singulis agendum esset, accurate describat. Et re quidem vera consilium Dei spectabat Danielis, et populi maerentis solatium: tempus igitur figi debuit, ne si tempus indeterminatum relictum fuisset, aeque obscurum ac incertum esset Danieli tempus venturi Messiae post visionem, atque prius reipsa fuerat.

Object. 13

Hebdomades illae Danielis non pro annorum, sed pro decenniorum, imo jubilaeorum, aut etiam saeculorum hebdomadibus sumi possunt: quo posito nondum completae forent 70 hebdomades

Nec sacerdotium, nec templum.

Matth. 18. Accedens Petrus ad Jesum dixit, quoties peccabit in me frater meus et dimittam ei? usque septies? dicit illi Jesus: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.

[illegible]

alter exempla [illegible]

Lev. 25. v. 3. sex annis seres agrum tuum, et sex annis putabis vineam tuam &.
7. autem anno sabbatum erit terrae

Patet ex partitione et contextu, nam Angelus quid [illegible] singulis dicit &.

[illegible] solatium &.

[illegible]

mades, atque nondum advenisset Christus in iis vaticiniis. Qua enim ratio afferri potest, cur hebdomades illæ pro annorum nostris hebdomadibus, quam pro decenniorum, aut jubilæorum, aut sæculorum sumi a nobis debeant?

Solv. non decenniorum, jubilæorum ... aut dierum ... nam breve spatium ædificanda urbis, templum, consummanda iniquitas, confirmandum pactum.

Resp. Hebdomadas has non dierum esse, sed annorum, et annorum quidem simplicium, non decenniorum, jubilæorum aut sæculorum liquido constat. Et primo quidem non sunt dierum. Brevius enim foret intervallum, quam ut omnia quæ hic prædicuntur intra hos angustos limites transigi potuerint, et certum est ea non esse tantillo spatio transacta. Hebdomades igitur ista annorum sunt. Namque duplex duntaxat occurrit apud sacros et profanos Judæorum scriptores hebdomadum genus, ut patet Ezechielis 4. v. 6. Apoc. 12. v. 6. et 13. v. 5. Atque ita sentiunt Judæi ipsi doctores. Quod ipsum suadet caput sequens, nam v. 13. de industria memorari videntur hebdomades dierum, ut secernantur ab hebdomadibus annorum capite præcedenti descriptis.

Duplex tantum hebdomadum genus.

Sunt autem hebdomades illæ annorum simplicium, non decenniorum, jubilæorum, aut sæculorum. Ejus enim generis esse debent hebdomades, ut ante Jerusalem, et templi secundi eversionem exacta sint. Post illas enim elapsas prædicitur civitas illa solo æquanda et sanctuarium dissipandum; atque adeo necesse est, ut jam pridem effluxerint. At si hebdomades decenniorum, aut jubilæorum, aut sæculorum forent, ea nondum essent completa, cum tamen diu sit ex quo Jerusalem, et templum eversa sunt. In hoc enim Danielis vaticinium fictitio illæ hebdomades obnoxiæ non sunt.

nam ... nondum essent completa; et erant complendæ ante eversionem.

Obj. 4. Danielis vaticinium non absolutum est, sed conditionatum, et quidem hac conditione obnoxium, si custodierint Judæi legem ejus latam: ergo. Antecedens probatur ex Psalmo 131. ubi Messiæ promissio ejusmodi conditione expresse afficitur: dicitur enim; juravit Dominus David veritatem et non frustrabitur eam; de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum et testimonia mea hæc, quæ docebo eos. Nec obstat, conditionem, quæ hic expressa est, in Danielis vaticinio desiderari; etsi enim expressa non sit ejusmodi conditio, eam subaudiendam esse docemur 4. Reg. c. 20. ubi Isaias Ezechiæ mortem denunciavit: Et dicit Dominus Deus: dispone domui tuæ: morieris

Obj. vaticinium conditionatum.

... ...

enim

enim tu, et non vives. Et Jona c. 1. Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur: quorum tamen nihil evenit, conditionibus quae latebant non impletis: ergo &c. Resp.

Nego antecedens. In Danielis aliorumque vaticiniis hacte-nus a nobis expensis, vel mox expendendis, nullum extat ejusmodi conditionis vestigium. Fingere autem ad arbitri-um non licet: alioquin nullum extaret in scripturis va-ticinium adeo firmum, cui tuto fidere possimus. Sed ipsum hoc Danielis vaticinium latentem hujusmodi conditio-nem excludit. Hac enim temporis contractio in praemium et intuitu deprecationis et confessionis ipsius Danielis facta est, ut ex antecedentibus patet. Aequum igitur non erat, ut ob aliena peccata, quae alioquin deprecatus fuerat Da-niel, tempus Messiae adventus protraheretur. Sane siquid aliud Deus promisit Judaeis, v. gr. ex Aegyptiaca, vel Chal-daica captivitate liberationem, id non legitur omisisse aut distulisse propter populi peccata longe graviora: cur ergo id Deum praestitisse dicemus in solemni illa promis-sione, quae Messiam spectabat? Quod si propter Judaeo-rum peccata differri debuit Messiae adventus; quando de-mum apparebit Messias in immensum jam crescentibus in dies Judaeorum peccatis? Timendum profecto ne non tempus modo ejus adventus, sed etiam adventus ipse ejusmodi conditione implicatus sit; timendum idcirco ne nunquam omnino sit venturus. Venit vero, tantum-que abest, ut Judaeorum peccata Messiae adventui moras injecerint, ut Messias ad tollenda peccata, et delendas ini-quitates venturus fuisse a Daniele dicatur. Ipsa ergo peccata incitamento potius, quam impedimento fuere ut veniret.

Neque testimonium Psaltis regii, quod in ejusmodi taci-tae conditionis affirmationem adducunt Judaei, eorum cau-sam quicquam promovet. Illa enim orationis pars, si custodierint &c. non ad antecedentem sententiam, in qua fit mentio et promissio Messiae absoluta, et sub sacra-mento, sed ad subsequentem pertinet, nempe sedebunt super sedem tuam, ut regni perpetuitas in domo Davidis, non Messiae adventus sit ejusmodi conditione implicatus.

quem

solve; nullum vestigium conditionis.

ipsum vaticinium excludit conditionem

nam intuitu orationis Danielis factum &c.

si quid aliud promisit Deus, non distulit ob peccata &c.

nunquam veniret Messias

peccata fuerunt incitamenta

quemadmodum ex contextu, et interpunctione constat. Alia duo testimonia, quæ adferuntur, conditionata esse, ipse eventus ostendit, et natura prophetiæ, quæ comminatoria est.

Object. 5. Ei, en Prophetæ Danieli, qui clarius aliis tempus adventus Messiæ vaticinari visus est, ita Dominus præcepit cap. 12 v. 4. et seqq. Tu autem Daniel, claude sermones, et signa librum usque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, et multiplex erit scientia. Et cum interrogasset, usquequo finis horum mirabilium? Responsum est ei, quia in tempus, et tempora, et dimidium temporis. et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur universa hæc. Et ego audivi, et non intellexi. et dixi: Domine mi, quid erit post hæc? Et ait. Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones usque ad præfinitum tempus. Si ergo Daniel ipse non intellexit, nec potuit scire tempus completionis eorum, quæ prædicta fuerant, quomodo alii intelligere poterunt? Sunt enim dicere prisca horum omnium epocham a Deo revelatam

Resp. Distinguenda sunt, quæ Danieli revelata sunt capite 9. a posterioribus. In eo capite agitur manifestissime de promissione Messiæ, ut ex omnibus adjunctis apparet, et ibi determinatur tempus præcisum ejus adventus, et ejus occisionis, seu tempus, quo Jerusalem et templum quæ reædificanda erant, et mosaicus cultus ibidem restituendus, durare debebant; quo cessante novus erat ritus instituendus in æternum duraturus. In capite 12. agitur de tempore Antichristi, et de resurrectione mortuorum, quando ii, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt, alii in vitam æternam et alii in opprobrium. Porro certum est, minime revelatum fuisse, quando erit finis horum mirabilium; et de hoc intelligenda sunt ea verba: claude sermones, et signa librum usque ad tempus statutum, cum reliquis quæ sequuntur: sicuti etiam ea intelliguntur quæ Christus Dominus dixit Apostolis Act. 1. v. 7. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.

Solve. distinguendo quæ revelata sunt Danieli cap. 9. a sequentibus 9.

forte Christus respicit dies 1290. v. 11. quibus regnabit Antichristus postea 45 dies ante judicium

Antichristus a Michaele Arc.lo occidendus in monte Oliveti.

Object. 6. Opponunt denique cum Harduino in Chron. veteris Testamenti, et inquiunt, Danielis vaticinium de solo quidem

Christo

Obj. 5.

christo posse ac debere intelligi: solus enim ille est, qui, ut ibi nominatur, antonomastice christus appellarique at: sed tamen impletum dici posse non in ipso christo, sed in duplici ejus typo, videlicet Cyro Rege Persarum, qui Judaeos liberavit, et Onia summo Judaeorum Pontifice, qui sub Antiocho Epiphane interfectus est. quod si numerentur et hebdomades in duas partes distribuantur et utraque pars incipiat ab exitu sermonis Jeremiae, quo praedixit cap. 25. et sq. fore ut post septuaginta captivitatis annos aedificaretur iterum Jerusalem, hoc est ab ipso captivitatis anno primo, omnia quadrabunt: septem enim priores hebdomadae desinent in Cyrum, quando in Media regnare coepit 49. circiter annis antequam Babylonium imperium iniret, et Judaeos liberavit; 63. autem posteriores in Juda Machabaeo, et templi repurgatione terminabuntur; ita ut in medio postremae hebdomadis occidatur alter veri Messiae typus, Onias summus Judaeorum Pontifex.

Haec Danielis expositio merito fuit ab ipso auctore suppressa, quod in viro catholico multo minus quam in heterodoxo tolerari posset, cum omnibus ecclesiae Patribus, ecclesiae traditioni adversetur; ~~cujus~~ praeterea vero sensui ipsa repugnare, et multiplici incommodo laborare videatur. Primo enim non satis apparet quo pacto duo hic christi, unus nempe ipse vocatus, et alius vero Messia intelligatur et in aliis tamen quam in ipso impleta sit. impleri enim debuit in eo ipso de quo sermo erat: alius enim Angelus talem dixisset, nec quibus pronunciabatur intelligere potuisset Daniel, nec cum vaticinio eventus congrueret. Deinde exitus sermonis, a quo verba facit Angelus, non est sermonis praediciti et a Jeremia prolati, sed aliquando proferendi, seu editi ut instauraretur Jerusalem. 3tio non debuit ab Angelo spectari aut memorari initium regni Persici in Cyro, sed Babylonici duntaxat, cum hoc solum, non vero illud, ad Angeli propositum et Danielis solatium faceret. Neque enim Judaeos solvit Cyrus cum Persis imperare coepit, sed viginti et amplius annis postea, cum nempe Babylonium regnum est consecutus. 4to Onia mortuo, Antiochi furor, templi re-

Antiochus epiphanes
sive Rex, dictus epiphanes
idest deus manifestus hominibus apparens.
insignis fuit bello. regna pugnavit
cum Regibus Egypti, cum Romanis,
cum Judaeis &.
Judaei regnandi cupiditate ambiebant
sacerdotium &. unde Onias 3us
exclusus a Jasone, hic a Menelao
an. M. 3835.
ea occasione misit Apollonium
in Judaeam ad occupandum.
periit Onias senex Eleazar
et 7. fratres Machabaei &.
postea Judaei sub Juda Machabaeo duce feliciter pugnarunt &.

Sol. auctor ipse rejecit
expositionem hanc, cum contra
PP. et traditionem, pugnet
et contra sensum ipsum

non potest intelligi
de Xto, et impleri

deinde ab exitu sermonis
edendi, non praediciti

3. non initium regni
Persici in Cyro, sed
Babylonici

Hæc vani momenti in mittendo [illegible]

Non in his spiritus quintus et [illegible]

5. non hæc delicta [illegible]

Onias non fuit Christus a Judæis negandus.

non propter Oniam exterminata gens, et Jerusalem [illegible].

repurgatio. an tanti erant momenti, ut propterea Angelum mitti oporteret, et tam novis [illegible] condi? An in iis Danielis, totiusque gentis Judaicæ afflicta res, ac promissa reposita erant? Isto denique in quisquam audacius affirmare audeat, tunc finem accepisse peccatum, deletam fuisse orbis iniquitatem, adductam esse justitiam sempiternam et unctum fuisse sanctum sanctorum? Quis dicat Oniam extitisse illum Christum, qui a Judæis negandus ac reprobandus toties in scripturis traditur? An post Oniæ necem, ac propter illam exterminatam fuisse Judaicam gentem, Jerusalem eversam et templum solo æquatum? An desolatio quæ tunc illata est perpetua fuit, et ad mundi usque finem perseveratura est? An omnes tunc visiones et prophetia impleta sunt? Sic tamen omnia apud vulgatam interpretem extant.

Etiamsi igitur daremus Harduino, Oniam gessisse typum Christi, quod negat Pater Lamy in Apologia chronologica part. 2. cap. 4., propterea quod Onias non Jerosolymis occisus sit sed in templo Apollinis seu Daphnem: non suorum livore, sed insidiis Menelai; non ab amicis, sed ab Andronico; non derelictus a populo, sed lacrymis honestatus: insuper omnium post Oniæ cædem populus non fuit a Deo derelictus, cum paucis post annos surrexerint Judæi qui debellarunt impios, templumque purgarunt; neque sub Antiocho deterrita sacra et irruisse statutam desolationem asserendum est, si illa restituit Machabæus; hæc autem paucis annis perduravit

Unde 70 hebdomadum Danielis sumendum est exordium?

Resp. De anno, a quo 70. hebdomadum sumendum est exordium, inter doctissimos quæstio est perdifficilis. Certum quidem est initium sumendum esse ab anno quo edicto iterum ædificetur Jerusalem, ut liquet ex Danielis verbis, ab exitu sermonis [illegible]; nam exire sermonem idem videtur quod edictum vulgari, ut patet ex cap. 2. ejusdem + Danielis v. 13. et cap. 6. v. 7, quibus respondet illud Lucæ c. 2. v. 1. exiit edictum a Cæsare Augusto. sed unde illud sit editum, ingens est controversia. Quatuor enim edicta ea de re emanata [illegible]. Primum est Cyri 1. Esdræ c. 1., alterum Darii + ibidem cap. 6.; 3tium Artaxerxis Longimani anno septimi ejus 7. ibidem cap. 7.; 4tum denique ejusdem Artaxerxis anno 20. 2 Esdræ c. 2. [illegible] re [illegible] [illegible] a [illegible] horum edictorum sumi

a Regibus Persis

+ Hystaspis

debeat initium harum hebdomadarum.
Nos interim censemus primo hebdomadas has non esse
ab edicto Cyri aut Darii aut de anno 7. Artaxerxis or-
diendas. Edictum enim de quo loquitur prophetia, debuit
esse de restauranda ac munienda Jerusalem.
Sunt enim haec Angeli verba: ut iterum aedificetur Jeru-
salem: et mox aedificabitur platea et muri in angustia
temporum. At vero triplex hoc Cyri, Darii et Artaxerxis
anno 7. edictum de solo templo fuit non de urbe ac
muris excitandis. Ita enim Cyrus lib. 1. Esdrae c. 1. v. 3.
habet. Quis est in vobis de universo populo ejus? .. As-
cendat in Jerusalem et aedificet domum Domini Dei
Israel. Darius autem edictum Cyri duntaxat renovavit
et perinde ac ille de solo templo ac domo Dei verba
facit ibidem c. 6. v. 3. Et sequenti Artaxerxes cum +
absoluta jam esset domus Dei anno 6 Regis Darii, cap.
6. v. 15. nihil aliud concessit Esdrae anno impe-
rii sui 7. quam quae ad templi ornamenta et sacrifi-
cia pertinebant, ibidem cap. 7. v. 15. . Et vero Esdras
cap. 3 narrans quid ex Cyri facultate egerint Judaei, so-
lius templi mentionem facit. Capite autem 4. ubi ~~[illegible]~~
conqueritur id opus a Cyro permissum, interruptum
esse, solam quoque domum Domini memorat. Denique
id compertum fit ex historia Nehemiae. Anno enim
20. Artaxerxis audit a Judaeis e Patria redeuntibus, mu-
rum Jerusalem adhuc esse dissipatum et portas ejus
combustas igni, ut ipsemet 2 Esdra c. 1. v. 3. narrat. I-
dem Nehemias cap. 2. v. 13. refert quo pacto ipsemet
suspexerit in eodem itinere [illegible] oculis viderit ea
esse quae audiverat: unde idem v. 17 Judaeos sic com-
pellat. Jerusalem deserta est et portae ejus consumptae
sunt igni: venite et aedificemus muros Jerusalem.
Neque est quod dicas Artaxerxem anno imperii sui
7. omnibus Esdrae petitionibus annuisse: nihil enim [illegible]
[illegible] a rege petiit Esdras, quod murorum civitatis
aedificationem spectaret sed tantum ea, quae ad templum
et ad religionem pertinebant, ut ex cap. 7. lib. 1. Esdrae
fit manifestum. Itaque ab 20. anno Artaxerxis numeran-

censemus ab edicto
Artaxerxis anno 20.
imperii

edictum Cyri
Darius renovavit

Nehemias 2. Esdr. c. 1. v. murus Jerusa-
lem dissipatus est, et portae
combustae sunt igni. [illegible] 20

ab an. 20.
Duo postulat vaticinium
1. ut hebdomades incipiant impleri ab edicto de urbe maenibus cingenda.
2. ut inde usque ad Christi baptismum sint 69.

70
7
490

si ...... annis
[illegible]

nondum Jerusalem exstructa fuerat.

Quae cum ita sint, 70. illas hebdomadas ab anno 20. Artaxerxis Longimani inchoandas esse censemus. Duo namque postulat vaticinium Danielis: primum ut ab eo tempore incipiat impleri, quo editum latum est de instauranda ac mœnibus cingenda urbe Jerusalem: alterum ut inde ad Christi usque baptismum et unctionem sint hebdomades 69, hoc est anni 483. Nam juxta verba prophetiæ usque ad Christum ducem, id est ad tempus illud quo Christus Dei officio fungi cœperit, debebant esse hebdomades 7. et 62. Post has vero Christus hebdomada una, id est septuagesima confirmaturus erat pactum seu Evangelium prædicaturus: ita ut in medio ejusdem hebdomadis occidendus foret et sacrificia vetera abrogaturus. Ab eo igitur anno inchoanda sunt 70 illæ hebdomades, in quo conveniunt duo memorati characteres: talis autem reipsa est annus 20 Artaxerxis. Primo enim hoc anno latum est edictum de urbe Jerusalem instauranda ac mœnibus cingenda, ut narratur apud Esdram capite 2. integro Nehemiæ v. 8. Deinde ab hoc anno ad Christi usque baptismum sunt anni 483 exclusive, et ad Christi usque mortem anni 486, ita ut pactum confirmare cœperit initio septuagesimæ hebdomadæ, hoc est anno 484, et mortem oppetierit in medio ejusdem hebdomadis, hoc est anno 487.

Quare juxta Usserii et Lancelloti probatissimos et communissimos calculos supponimus annum 20. Artaxerxis Longimani incidere in annum mundi 3550; baptismum Christi in annum mundi 4033; mortem autem in annum 4036, quæ si ita sunt, cum vaticinio accuratissime cohærent. Nam ab anno 3550 ad annum 4033 exclusive sunt anni 483, hoc est 69 hebdomadæ: ad annum 4036 pariter exclusive sumptum sunt anni 486; ita ut annus proximus 487, seu medius hebdomadis ultimæ cadat in hunc annum 4036 quo mortuus est Christus. Post quem anno 37. Titus sub Vespasiano Jerosolymas cepit, templum succendit, bello Judaico finem imposuit. Ceterum a quocumque tempore exordium sumpserint dictæ hebdomadæ, quidquid sint singulorum opiniones circa Christi nativitatem, baptismum et mortem, illud apud omnes certum est, elapsam jam esse hebdomadam ultimam, atque adeo Messiam jam advenisse, quod erat optandum.

Propos. 9.

Aggaei quoque et Malachiae vaticinia efficax sunt praeteriti messiae adventus argumentum.

Prob. cum Judaei a captivitate in patriam reversi templum denuo conderent, ~~quod prius ero~~ dejectoque essent animo, quod illius structura et apparatus ad templi Salomonici magnificentiam et opes nequaquam assurgeret; ad eos erigendos et consolandos Deus iis pollicen dignatus est, istud idem templum quod extruendum susceperant, longe majori quam prius templum gloria donandum fore, eo quod nempe Messias tantopere exoptatus sua illud praesentia brevi condecoraturus esset. Ut autem hoc Judaeis declararet, duos ejusdem aetatis prophetas adhibuit. Primus est Aggaeus, apud quem Deus cap. 2. v. 7. sic loquitur. Adhuc unum modicum est, et ego commovebo caelum, et terram, et mare et aridam, et movebo omnes gentes; et veniet desideratus cunctis gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, et meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissimae plus quam primae, dicit Dominus exercituum, et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

Secundus vero est Malachias, apud quem Deus cap. 3. v. 1. Ecce ego, inquit, mitto Angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam; et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quaeritis, et Angelus testamenti quem vos vultis: ecce venit dicit Dominus exercituum.

En autem quo pacto hinc arguimus. In hisce Aggaei, et Malachiae vaticiniis messias venturus promittitur, stante adhuc secundo templo Jerosolymitano: atqui templum illud jam pridem dirutum est et solo aequatum: venit ergo messias. Major duas habet partes, quarum una affirmatur hic promitti messiam; altera venturum messiam stante adhuc secundo templo Jerosolymitano. Utriusque partis veritatem ita ostendo. Ad primam quod attinet, quis hic promittatur dignosci debet ex ejus characteribus: jam characteres illius, qui hic promittitur, sunt characteres solius messiae proprii: ergo hic promittitur messias. Minor haec probatur. Characteres illius, qui hic promittitur, sunt, quod sit desideratus

ma-

Prob.a promissi messiam ex characteribus.

Aggeus magnum habet exordium in verbis quidam, de messia · v. 11. et [illegible] exspectatio gentium; Pacis auctor, et [illegible] novi auctor.

Quis autem post capt.^m Babylon.^m ad Titum usque templi deum [illegible] et [illegible] gentium ?

Quis alius Angelus Testi.; quem [illegible] in verbo dixi.

Quis, quo adveniente coelum et terra sint commovenda, nisi messia ? q.

Quis alius templi gloria, et [illegible] q.

[illegible] commovens terram forte et omnes [illegible]

[illegible] inclinationis ejus [illegible]

Habacuc cap. 3. v. [illegible] In fremitu [illegible]

omnia post illi templo [illegible] defuerit. idest [illegible] et [illegible], arca et tabulae foederis, [illegible] ignis coelestis, oleum [illegible] et [illegible]. ut Judaei ipsi [illegible].

Quod alt. [illegible] [illegible] ergo non post [illegible] [illegible]

sed [illegible] [illegible] templum, [illegible] sub Tito [illegible]: ergo q.

//

Pars 2. quod [illegible] templo [illegible] venturus erat [illegible].

Templum saepe violatum a Seleuco, Antiocho, Pompeio, et Tito q. ergo [illegible] Tito messia major [illegible].

cunctis gentibus: quod sit gloria et ornamentum templi; quod sit terror universi, et pacis nuncius, ut illum exhibet Aggeus; quod sit habiturus praecursorem, quod sit dominator, quod sit Angelus Testamenti, ut illum describit Malachias: sed ista sunt characteres solius messiae [illegible]: ergo q.

Minor probatur. Desideratus cunctis gentibus dicitur Genes. 49. v. 10. ipse erit expectatio gentium; et v. 26. desiderium collium aeternorum. Gloria et ornamentum templi, quod ingredietur Isaia 2. Venite et ascendamus ad montem Domini et domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et exultabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem, et elevabitur Dominus solus in die illa, et idola [illegible] conterentur. Terribilem universo exhibet [illegible] Nahum c. 1. et Habacuch c. 3. Pacis nuntium et auctorem facit Regius Psaltes Psalm. 71. suscipiant montes pacem populo et colles justitiam... orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis. Messiam habiturum praecursorem testatur Isaias c. 40. v. 3. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini; rectas facite semitas Dei nostri. Futurum dominatorem vaticinatur Regius Psaltes 71. Dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Idem prophetat Michaeas c. 5. et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Novi pacti auctorem et Angelum fore testatur Jeremias c. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Juda foedus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum Patribus eorum. Ergo q.

Altera principalis majoris pars, quod nempe tunc adhuc secundo illo templo, quod tunc aedificabant Judaei, venturus esset messias, nexa est ex ipsis Aggaei verbis. Ut enim dejectos civium animos erigeret, et ad [illegible] aedificio molienda [illegible] excitaret, videtur illud messiae praesentia nobilitandum, ejus gloria repletum, atque idcirco templo [illegible] Salomonis excellentius fore. Confortare Zorobabel, ajebat propheta et confortare Jesu fili Josedech sacerdos magne, et confortare omnis populus terrae dicit Dominus [illegible]. Adhuc unum modicum... et veniet desideratus cunctis gentibus

et

et implebo domum istam gloria… magna erit gloria domus istius novissimae, plus quam primae… et in loco isto dabo pacem. Quodnam autem templum demonstrabant verba illa toties repetita domum istam, domus istius, loco isto, nisi illud ipsum, quod et Propheta et Judaei ante oculos habebant?

His accedit Judaeorum confessio, qui ex veritate Aggaei et Malachiae testimoniis, aliisque Prophetarum vaticiniis allegaverunt, templo secundo adhuc stante Messiam venire debuisse: ita ~~Rabbi~~ Akiba eximius eorum secundo saeculo doctor, ut habetur in Sanhedrin cap. 8., Targum in canticum canticorum cap. 7. et 8, Elias Rabbas, Rabbi Joseph in Sanhedrin, Aben-Ezra et Maimonides in epistola quam exhibet Vorstius, aliique, ut videre est apud Vitasse pag. 145.

Hier. 1.

Respondent uno cum R. Salomone, Abarb., R. Jan. Kimhi, R. Manasse et aliis. Similior illa secundi templi gloria non e Messia in illud ingressu, sed ex similiis, potissimum alio capite repetenda videtur, quod nempe secundo saltem diutius steterit, quod magis ornatum, omnique exteriorum divitiarum ~~to~~ cumulatum fuerit, quod ~~Herode~~ longe magnificentius ab Herode factum sit, quam sub Salomone unquam fuerit. Ductum ergo argumentum ab Aggaeo pro adventu Messiae jam elapso ~~nullum est~~.

3°/

Nego antecedens. Nemo enim non videt quam vile sit, quamque Deo indignum, ut in rebus modo memoratis, tam tenuibus, tam caducis, suam ac templi gloriam collocet. Quid enim illud est tantillum temporis spatium, ut ideirco templum secundum nimio esse potiorem tam magnifice praedicaturo? An non Deus ipse respiciens indicat se in ejusmodi rebus futilibus, auro, argento, denique gloriam istam non constituere, sed in uno Messia qui Israelitarum decus foret? Ait enim, meum est argentum, meum est aurum; quasi diceret: haec quidem omnia mea sunt, hisce vero adscitiis ornamentis templum hoc secundum illustrare ac ornare possem; sed aliud longe illustrius meditor ejusmodi templi ornamentum. Veniet enim brevi desideratus cunctis gentibus, qui templum hoc praesentia sua condecoraturus est. Jam vero falsum est quod ajunt, Herodis templum fuisse salomonico magnificentius. Quale enim oportuit esse templum illud, quod a Salomone, ~~Regum omnium~~ sapientissimo et ditissimo constructum fuit? An Herodis templum circumpositum co-

Prob. ex confessione Judaeorum qui illo templo stante venturum Messiam praedixerunt.

opp: amplior gloria est aliis triplici capite.

nego: nam indignum Deo, in tam futilibus suam et templi gloriam ornare.

Falsum Herodis templum fuisse magnificentius salom. Objicia Deum reliquisse … bis mille et 400 milliones … templum, …

excelluit Salomonianum q. igne perpetuo q.

potest, cujus pars interior tota erat auro obducta, et omnis supellex aurea, 3. Reg. 6. v. 7. ? Certe cum haec singula consideras, et Abravanel in Aggaeum, candide simul et conside confessus est, templum secundum cum non posse aequiparari, seu ipsa omnia, quae Judaei hi singuli ominantur: excelluit autem templum Salomonianum igne perpetuo, Arca foederis, virga Aaronis, oleo sancto, aliisque id genus quibusquis et auro quam vetustissimis: quae omnia decus templi, cumulatius ex una Messiae in illud ingressione videri potuit. Cum vero ingressionem aperte testatur ille Malachiae sermo: Statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quaeritis et Angelus testamenti quem vos vultis.

Obiect. r.

opp. non ingressum q.

Messias, quem ex Aggaei et Malachiae vaticiniis venisse contendimus, secundum hoc templum Zorobabelicum ingressus non est: dejecto namque illo, Herodes tertium ante Christi adventum ex integro molitus est: ea ergo vaticinia non ad Messiam, sed ad alia decora, et ornamenta sunt referenda. Quod si ad Messiam referantur, fortassis quoddam templum, cujus illud figura fuit, indicabunt diebus Messiae confirmandum, atque ad mundi finem duraturum; ut Rabbinis Abravanel, et Manasse visum est.

templum a Salomone 7. annis constructum
a Zorobabele 15. annis reaedificatum
ab Herode 45. annis restauratum

Resp.

Templum Herodianum semper pro secundo, seu Zorobabelico reputatum fuisse, palam est ex Joannis ubi Judaei ad Christum ajunt: 40. et 6. annis aedificatum est templum hoc; et tu in tribus diebus excitabis illud? Ubi sane annorum cursus, qui reparato per Herodem templo tribuitur, ipsi aedificationi secundi templi respondet: cum reparatio illa Herodiana 8. tantum annorum spatio teste Josepho definita fuerit. Nec carpenda est haec equidem Judaica loquendi consuetudo et opinio: verus enim templum visum est merito, quia fundamentis veteribus novis manibus impositis, et per vicem substitutis, forma et substructio antiqua constitit, ut censuit Baronius cum Ioachimo a ...

et quos Machabaei impenderunt in reparando

Nihil autem a dictis Rabbinis fingi potuit, quod sanctius ac veritati repugnaret, quam illud, quod ab eis comminiscitur. Aggaeus enim non semel, sed bis, et iterum domum illam demonstrat, quam Judaei tunc temporis extruebant. Ex Daniele autem diximus, templum hoc secundum ita esse a Tito evertendum, ut nullum deinceps aliud expectandum sit, cujus typus secundum non esse

Sed contra Rabbinos
Non Aggaeus
de alio templo loquitur

Non tertium templum q.
Non ex Daniele q.

posset. Quod quidem adeo verum est, ut cum olim Judaei a Juliano Apostata in odium Christianae Religionis impetrassent Templi illius iterum aedificandi facultatem, multis prodigiis impediti et erumpentibus e terra flammis ab opere deterriti fuerint, ut narrant non modo scriptores plures veteres, ut Chrysostomus adversus Judaeos, sed etiam scriptor ethnicus, qui sub Juliano floruit, aliique.

Tentaverunt Judaei sub Juliano &.

Sed instant cum S. Augustino lib. 18. de Civ. Dei c. 48. et inquiunt, templum Aggaei aevo constructum figuram fuisse novi testamenti, novaeque Christi Ecclesiae; atque inde majorem ejus gloriam prae Salomonico repetendam esse: // Non itaque, verba sunt Augustini, Aggaei prophetia in templi illius instauratione completa est //: Inst:

Resp. Aggaei vaticinium complementum ratione non est ipsa illius templi restauratione, quam tunc moliebantur Judaei: quoniam attenta aedificii magnificentia Salomonico multo inferius erat, ut ibidem ait Augustinus. Sed nihilominus juxta S. Doctorem lib. eodem cap. 35. // Haec prophetia partim jam completa est, partim speratur in fine complenda //. Per primum enim Christi adventum completa est primo, quia ut ait c. 35 S. Doctor, movit coelum, Angelorum et syderum testimonio, quando incarnatus est Christus //. terram mare, aridam, et omnes gentes, cum innumeris prodigiis quae Christo nascente, praedicante, moriente patrata sunt, omnia commovit: sed quia re ipsa Christus venit in templum illud suum, illique pretiosius gloria sua illud implevit. Nondum tamen usquequaque completum esse ait Augustinus, vatis illius praedictionem, quae vel illius templi restaurationem significat, aut templum Dei spirituale, quod de lapidibus vivis, hominibus scilicet credentibus ac renovatis ad finem usque mundi construitur. verbaque illa Desideratus cunctis gentibus ad primum Christi adventum pertinere. // Ut enim desideratus esset expectantibus, ait ibidem prius oportuit eum diligi a credentibus //. Sed de his satis; hucusque enim Messiam, quicumque is sit, advenisse Judaeis ostendimus: nunc in Jesu Nazareno Prophetarum vaticinia impleta esse ostendimus.

Prophetia Aggaei partim impleta partim implenda nec tam.

in primo et in solo Christi adv.

Caput III.

De Jesu Nazareno, in quo impleta esse omnia veterum Prophetarum de venturo humani generis Reparatore vaticinia; atque idcirco eundem pro vero Messia in lege promisso habendum esse ostenditur.

Error Iudaeorum de messia

Advenisse promissum mundi Reparatorem ante secundi templi Jerosolimitani eversionem ex adductis hactenus argumentis res est adeo perspicua, ut eorum vi superati Hebraeorum quidem id aperte confessi sint. At ne venisse fateri cogerentur Messiam, illum esse Jesum cruci affixum maluerunt Messias alios intrudere, ut Simonem magum et Dositheum ambos Samaritanos, Barchochebam, seu filium stellae, qui inerrante secundo saeculo bellum adversus Romanos movit, nixus illo nobili vaticinio Balaami Numerorum 24. v. 17. Orietur stella ex Jacob. Cum autem eo bello Judaei oppressi fuissent, ab iisdem dictus est Barchozibah seu filius mendacii. Item Davidem Eldavidem, ac Vespasianum ipsum sua seditionis auctorem pro messia habuerunt. Alii latitare putarunt aut in hortis Eden, aut in nosocomiis urbis Romae, aut in locis aliis reconditis ~~tanta~~ sperarunt manifestandum; tanta potissimum ejus manifestationis spe ac expectatione erecti, ut cum in finem sentirent Romanorum imperium excutere; quod ex eorum sententia nostri Dux inclytus orbis terrarum habiturus esset imperium. Neque tardare ruit, quae pervaserat opinio, si potestatem suis [illegible] vaticiniis Prophetarum sensu manifestam intellexissent. Sed gens absque consilio est, et sine prudentia, regnum temporale affectant, aeternum non cogitant, atque ita utrumque amittunt. Utinam vero aliquando saperent et intelligerent, Jesum Nazarenum esse verum Messiam in lege promissum ab eorum Patribus expectatum, a cunctis gentibus desideratum. Cum in rem non tam ut Judaeorum pervicaciam frangeremus, quam ut fidem nostram magis stabiliendam ita statuimus.

Judaei victi argumentis nostris confitentur veritatem, sed nolunt esse Jesum.

Alii latitare aut in hortis Eden aut [illegible]

alii ex Roma, unde Romanos omnes [illegible]

Sed gens sine consilio.

Propos. Jesus Nazarenus est verus Messias a Deo Prophetarum ore promissus.

Prob. Jesus Nazarenus est verus Messias a Deo Prophetarum ore promissus, si in eo impleta sunt omnia Prophetarum eorundem vaticinia: Sed in eo impleta sunt omnia Prophetarum vaticinia: ergo Jesus Nazarenus est verus

Proba Jesum esse messiam si in ipso impleta sunt omnia vaticinia.

mes

Messias est. Major est certa: cum enim vaticinia divinitus olim edita sint, ut Messias cum venerit internosceretur; ex eorum complemento dijudicandum est quisnam ille sit.

Minor autem facile ostenditur. Quaecunque enim de Messia prodita vere, ea spectant aut ejus ortum, aut ejus vitam aut mortem, aut ea, quae post illius mortem evenire debebant. Quod ea omnia impleta esse in Jesu Nazareno ex ipsorum vaticiniorum cum Evangelica historia comparatione perspicuum est. ergo. Minor probatur adducendo variorum Prophetarum vaticinia, eaque cum Evangelica historia conferendo, simulque ostendendo, quam haec cum illis conformis sit, accurateque consentiat. Certe de Isaia pronunciat Hieronymus, ita universa Christi, Ecclesiaeque mysteria ad liquidum eum persecutum fuisse, ut non putes eum de futuro vaticinari, sed de praeteritis historiam texere. Atque ut ab ejus ortu initium ducamus.

Primo non auferendum sceptrum de Juda, et ducem de femore ejus; nisi completis 70. hebdomadas ab instauratis post captivitatem Babylonicam Hierosolymis, donec veniret Messias, eumque stante adhuc templo secundo adventare debere praedixit Jacob Genesis 49. Daniel 9. Aggaeus 2. Malachias 3.: eo autem ipso tempore Jesum Nazarenum in terris apparuisse perhibet Matthaeus c. 1. et Lucas eodem cap. 2.

Secundo ex tribu Juda, et de familia David in Bethleem orturum Messiam Isaias praedixit cap. 11. v. 1. Orietur virga de radice Jesse, et Michaeas c. 5. v. 2. Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda; ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Consentiunt Principes Sacerdotum et Scribae apud Matthaei c. 2. v. 5. Porro ex eadem domo, et eadem in urbe ortum, eum Nazarenum testatur Matthaeus c. 1. v. 1. Liber generationis Jesu Christi filii David, et cap. 2. v. 1. Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judae. Et Paulus ad Hebraeos c. 7. Manifestum est, quod ex Juda ortus sit Dominus noster.

Tertio Messiae imponendum esse nomen Salvatoris vaticinatur Zacharias c. 9. v. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi justus et salvator Confirmatur Exodi 23. v. 21. ubi de eo, seu ut ita vocant de Jesu filio Nave servatoris figura, et typo dicitur. Est nomen meum in illo. Vocandum vero Emmanuelem ait

Omnia quae de Christo, vere dicta fuerunt aut spectant illius ortum aut vitam, aut mortem, aut quae post ejus mortem [illegible]

Isaias, teste Hieronymo ita loquitur de Christo, ejusque cultu; ut non tam propheta quam praesens [illegible] videatur!

Daniel: Non auferetur sceptrum de Juda g.
Aggaeus Adhuc unum modicum, et ego commovebo e.
Malachias. Ecce ego mitto Angelum.

+ [illegible] cap. 2. v. 7. [illegible]
Matth. 1. Cum natus esset Jesus in Bethlem Juda in diebus Herodis regis.

visitabitur ubi esset nasciturus Christus, natus in Bethlehem Judae: sic enim scriptum

3. Messiae imponendum nomen Salvatoris

Isaias 7. v. 14. Vocabitur nomen ejus emmanuel: utrumque
Jesu Nazareno impositum docet Matthaeus c. 1. v. 21. Pariet fi-
lium, et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum fa-
ciet populum suum a peccatis eorum ... vocabitur nomen ejus
emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.

Quarto in messiae ortu videndam stellam, et messiam a magis
adorandum Balaamus Numer. c. 24. v. 17. praedixit: orietur
stella ex Jacob. et David Psalm. 71. v. 10. Reges Tharsis et
insulae munera offerent. Reges Arabum et Saba dona addu-
cent; et in Bereschit Rabba continenter subditur, iste est Rex
messias. Ad Jesum Nazarenum adorandum a stella ductos
fuisse magos testis est Matthaeus cap. 2. Magi ab oriente ve-
nerunt Jerosolymam dicentes: ubi est qui natus est Rex
Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, et ve-
nimus adorare eum &c.

Quinto fugiturum messiam in Aegyptum et inde reversu-
rum adnunciant Oseas cap. 11. v. 1. his verbis; ex aegypto vo-
cavi filium meum; et David Psalm. 79. v. 9. vineam de Ae-
gypto transtulisti: in quae verba Rabbi quidam scribit, cum
natus erit messias, Herodes, qui in Judaea regnabit, quaeret
eum ad necem; revelatione autem divina in Aegyptum re-
gere (?) cogetur, morabitur et postea in Jerusalem revertetur
jussu Dei &c. Id vero Jesu Nazareno contigisse narrat
Matthaeus c. 2. v. 14. secessit in aegyptum, et erat ibi usque
ad obitum Herodis.

Sexto vilem messiae comparem Zacharias cap. 9. v. 9. tanquam
super asinam urbem ingressurum et a populo cum plausu
excipiendum eidem innuit: exulta satis filia Sion, jubila
filia Jerusalem: ecce Rex tuus veniet tibi justus et salva-
tor: ipse pauper, et ascendens super asinam, et super pullum
filium asinae. Paupertatem suam ipse fatetur Jesus Na-
zarenus apud Matthaeum c. 8. v. 20. Filius hominis non habet
ubi caput reclinet. Ingressum autem ejus, turbae plausus
laetitiam et clamorum voce depingit Matthaeus ipse c. 21.

Septimo in praedicando Evangelio divinum messiae praecurso-
rem constituere monet Isaias 40. v. 3. Vox clamantis
in deserto: parate viam Domini. Et Malachias 3. v. 1.
ecce ego mitto Angelum meum, et praeparabit viam ante
faciem meam. Jesu autem Nazareno datum fuisse

prae-

Sollicitum

hucusque de ortu messiae.

Lege cap. 21. matthaei.

praecursorem Joannem Baptistam legimus Matthaei 3. v. 1. venit Joannes Baptista praedicans in deserto Judaeae: hic est enim qui dictus est per Isaiam: vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Testatur autem Joannes in suo Evangelio c. 1. v. 29. Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccatum mundi: hic est de quo dixi: post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.

Octavo Messiam legem gratiae annuntiaturum refert Isaias cap. 61. v. 1. Spiritus Domini super me; eo quod unxerit Dominus me; ad annuntiandum mansuetis misit me, et ut mederer contritis corde, et praedicarem captivis indulgentiam. Eandem multis et illustribus miraculis confirmaturum esse idem promittit c. 35. v. 4. et 5. Deus ipse veniet, et salvabit vos: tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum. Utrumque in Jesu Nazareno completum passim et voluce narrant Evangelistae, et Christus ipse fatetur Matthaei 11. v. 4. ×

Nono triginta argenteis vendendum vaticinatus est Zacharias c. 11. v. 12. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Accusandum a falsis testibus David psalm. 40. v. 9. verbum iniquum constituerunt adversum me. Inter opprobria et calumnias taciturum Isaias c. 53. v. 7. Oblatus est quia ipse voluit et non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet. Sputis et contumeliis afficiendum idem cap. 50. v. 6. corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me. Haec omnia Jesu Nazareno contigisse Evangelistae omnes unanimiter narrant. ×

Decimo a gentibus, et Judaeis ad mortem damnandum Psalm. 2. v. 2. Astiterunt Reges terrae et Principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Manibus ac pedibus cruci affigendum, et

vers

Respondens [illegible]

item Matth. 26. v. 67. Tunc exspuerunt in faciem et colaphis eum ceciderunt. [illegible]

deserendum a suis, Zacharias 11. v. 7. Percute pastorem, et dispergentur oves gregis; refert ad Messiam Aben-Esra q.
impletum quando fugerunt discipuli.
[illegible]
[illegible] et me solum relinquetis; scriptum est enim [illegible]
... [illegible] in [illegible]

Novum sacrificium in pane et vino institutum. Malachias 1: Non est mihi voluntas ... in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda:
[illegible] in aeternum [illegible].

A Titi Aug[usti] tempore eversio civitatis et Templo [illegible] dispersio.

post mortem sepulchrum gloriosum

[illegible]
ascensio
[illegible] Patriarchis

vestes ejus sorte dividendas Psalm. 21. v. 17. et 19. Foderunt manus meas, et pedes meos;... diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et Zacharias c. 12. v. 10. aspicient ad me quem confixerunt. et c. 13. v. 6. Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? et dices: his plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Felle, et aceto potandum Psalm. 68. v. 22. Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto. Solem defecturum, et terram tenebris involvendam Amos c. 8. v. 9. In die illa occidet sol in meridie et tenebrescere faciam terram in die luminis. Haec porro omnia eo ipso modo Jesu Nazareno evenisse perhibent Evangelistae.
Undecimo in tanti adversus Messiam sceleris vindictam vexandos Judaeos effatus est Daniel c. 9. v. 26. Non erit ejus populus qui eum negaturus est. et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio. Et David Psalm. 68 v. 24. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva: effunde super eos iram tuam et furor irae tuae comprehendat eos: fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet: quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Hi vero post mortem Jesu a Titi Augusti tempore premi, ne Judaei quidem in dubium vocant; propterque hac, quam per mille et octingentos annos ferunt calamitate ostenduntur, quam vere dixerint de Jesu Nazareno: Sanguis ejus super nos, et super filios nostros; Matthaei 27. v. 25.
Duodecimo sepulturam ejus fore gloriosam praedixit Isaias cap. 11. v. 10: Et erit sepulchrum ejus gloriosum; quia nempe tertia die resurrecturus erat; et eos, qui in sepulchris degebant, Patriarchas et [illegible] e limbo educturus, et in caelum ascensurus, ut habetur Psalmo ~~...~~
3. v. 6. ~~...~~ Ego dormivi, et soporatus sum et resurrexi, quia Dominus ~~...~~ suscepit me. Et Psalm. 15. v. 10. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ac denique Psalm. 67. v. 19. Ascendisti in altum, cepisti captivitatem accepisti

ipsi dona in hominibus. Mittendum ab eo spiritum sanctum certiores nos facit Joel c. 2. v. 28. Effundam spiritum meum super omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae. Ecclesiam novam, et quidem ex gentibus ab eo congregandam pollicetur Isaias c. 11. v. 10. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Idem affirmat cap. 49. v. 22. cap. 55. v. 4. et aliis: Quae quidem omnia in Jesu Nazareno ad litteram impleta fuisse ipsa Evangelii historica narratio probat. Haec, et alia plura, quae brevitatis causa omitto, legi possunt apud Witasse pag. 159. aliisque Theologis. patet ergo &c.

Confirmari potest haec catholica veritas, quae totius Christianae Religionis fundamentum est, non solum adversus Judaeos, sed adversus gentiles etiam, cum ex illis primo infinitis miraculis, quibus se mundi salvatorem, et a Deo missum Jesus Nazarenus orbi toti demonstravit; tum ex illis, quibus ejus discipuli hoc idem confirmarunt. Addi insuper posset Evangelica lex, quae Jesum Nazarenum Messiam credit, quaeque ab ipso data est, sanctitas, diffusio et diuturnitas, quae adeo mira sunt, ut soli omnipotentis Dei virtuti, non hominum industriae possint adscribi. Quoniam vero haec argumenta in tractatu de Religione uberius exponuntur, ideirco ea hic commemorasse sufficiat.

Obiect. 1.

Jesus Nazarenus non est ille Messias a Prophetis tam saepe designatus. ergo. Antecedens constat ex obviis multis Prophetarum testimoniis, juxta quae debebat primo falsorum deorum cultum extinguere; debebat deinde ab ecclesia recipi ac nosci, ~~[illegible]~~ nec non ab omnibus palam cognosci. At vero Nazarenus a Synagoga reprobatus est, idololatriam non extinxit, utpote quae adhuc viget, multis erat incognitus et obscurus: unde factum est, ut Joannes Baptista miserit ad illum, ut sciscitaret an ipse Messias esset, nec ne Matthaei 11 v. 2. ergo &c.

Resp.

Nego antecedens. Ad primam ejus confirmationem respondeo, Messiam extinguere debuisse idololatriam paulatim et per gradus, non simul et uno eodemque momento. Et sane non uno momento, sed septem dierum spatio mundum mollitus est

Joel 2.

Petrus: non enim hi ebrii sunt, cum sit hora tertia diei, sed hoc est quod scriptum est a Joele propheta.

Accusat in alterum.

1. [illegible]

2. [illegible]

sic per innumera signa Pharaonem induxit etc.

multis vaticiniis erudiri ... et tum agnosceret

ad 2. debuit ab alta non recipi contra ab veter. seu synag. nego; imo praedictum erat ...

est: Moyses missus fuit a Deo ad liberandum populum suum a captivitate aegyptiaca, quot tamen signis, et prodigiis opus fuit ad inducendum Pharaonem, ut populum dimitteret? Quantis vero successive vaticiniis natio Judaica erudienda fuit, ac praeparanda, ut liberatorem suum agnosceret? Quot denique tot Prophetarum oraculis annunciandus fuit primus Messiae adventus?

Ad 2am confirmationem respondeo cum distinctione. Messias debuit ab Ecclesia nova, quae tunc formabatur recipi, concedo; ab Ecclesia veteri, seu a synagoga, nego. Imo saepius a Prophetis praenunciatum fuerat, rejiciendum, et crucifigendum fore a Judaeis Messiam, nec fore ejus populum, qui eum negaturus erat, ut praedixit Angelus apud Danielem c. 9. Quae quidem prophetia in Jesu Nazareno ad litteram impleta Judaeos confundit, et de praeterito Messiae adventu convincit.

ad 3. Joannes Baptista misit ad Christum ut confirmaret suos discipulos

Ad 3iam respondeo, Joannem discipulos misisse ad Christum, qui ab eo sciscitarentur, an ipse foret Messias, non quod ipse Joannes dubitaret, qui Christo tam illustre testimonium reddiderat Joannis 1. v. 29. Ecce agnus Dei; sed ut discipulorum fidem nondum satis firmam ac solidam viso Christo ejusque miraculis confirmaret. vel ut discipulos admodum sibi addictos a se divelleret, et Christo consignaret. vel quod in carcere constitutus ignoraret, an miracula, quae passim celebrabantur ab ipso Jesu vere ederentur, an ab alio.

vel quod in carcere non credit.

Object. 1. Multa signa Messiae adventum comitabantur, quae, Jesu Nazareno adveniente non apparuerunt: ergo ille non fuit verus Messias. Antecedens probatur. Et primo quidem veri Messiae adventum juxta Malachiam c. 3. v. 1. et cap. 4. v. 5. praeire debet Elias. 2do juxta Isaiam c. 2. v. 2. sub Messiae tempus, quod novissimis diebus solum promittitur, mons domus Domini super omnes montes debet exaltari. 3tio juxta eundem Isaiam c. 11. v. 6. Messiae diebus habitabit lupus cum agno, et pardus cum haedo accubabit; vitulus et leo, et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascentur; simul requiescent catuli eorum; et leo quasi bos comedet paleas. 4to juxta hunc ipsum Prophetam c. 30. v. 26. erit lux lunae sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die illa; quorum tamen nihil contigit in Jesu Nazareni adventu ergo etc.

pr. Ecce ego mittam ... Eliam prophetam ... veniat dies Domini magnus et horribilis.

Resp. Ut his, aliisque similibus Judaeorum objectis plenissime satisfieri possit, duo rite animadvertenda sunt: Primum

est

dit, non unicum, sed duplicem plane Christi adventum non in novo solum, sed in veteri etiam Foedere descriptum fuisse. In priori debebat Christus apparere humilis, pauper, despectus, novissimus virorum, vir dolorum, sciens infirmitatem, judicandus, conspuendus, crucifigendus, occidendus; ut patet ex oraculis Prophetarum, quae superius adduximus. In posteriori adveniet cum potestate magna et majestate congregaturus omnes gentes in vallem Josaphat, in igne zeli sui judicaturus omnes populos, contriturus superbos, et quasi turbo redditurus in indignatione furorem suum et increpationem suam in flamma ignis. Adventus hic posterior ab Isaia c. 13. v. 9. dicitur dies Domini crudelis, et indignatione plenus, et irae, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, et peccatores ejus conterendos. A Sophonia c. 1. v. 14. vox diei Domini amara; dies irae, tribulationis, et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris super civitates munitas, et super angulos excelsos. Aeque terribilem passim nobis illum exhibent alii prophetae.

Alterum quod advertendum hoc loco esse dicebam illud est, Scripturam sacram, qua ad suam tuendam perfidiam abutuntur Judaei, non semper esse juxta propriam verborum significationem intelligendam, sed in ea innumeros tropos metaphoras et allegorias reperiri. Haec nisi attenderimus, Deum mutabilem, corporeum, et miserum faciemus; cum eidem plura humani corporis membra, humanae affectiones, passionesque in Scripturis attribuantur: montes et colles sensu praeditos supplicabimus, cum ~~exultasse~~ exultasse dum dicantur, sicut arietes, et sicut agni ovium. Sed jam Thalmudistae ipsi saepe ostendunt, quam necessarius sit sensus spiritualis, dum [illegible] appellant Davar catan rem parvam, quemtalem Davar gadol rem magnam: priorem candelae, alteram margaritae [illegible] comparant.

His notatis ad primam confirmationem dico, Malachiam loco priore locutum fuisse de Joanne Baptista, qui primum Christi adventum praecessit in spiritu et virtute Eliae, ut dicitur Luca 1 ~~v.~~ 17. quique Matthaei 11. v. 14. Elias dicitur

ap-

Solve.

ad haec solvenda dico observa

1. duplicem Christi adventum

in 1. o humilis

in 2. cum potestate magna.

utrum adventum describi

sacra

et confirmatur

Observa 2do

1 scripturam non semper

proprie sed figuris,

sensus etiam [illegible]

sic Thalmudistae,

Malach. in. 1. de primo adventu

appellatur. Loco altero vaticinatus est Malachias, non primo sed secundo Christi adventui Eliam esse praeventurum. Recta est enim Malachiae sententia: Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis. Quae verba ad secundum Christi adventum certissime sunt referenda.

Ad secundam respondeo. dies novissimos, in quibus ab Isaia dicitur venturus Messias, non mundi exitum, sed tempus Christi orbi restitutum significare, quod Apostolus quoque plenitudinem temporis appellavit. Dicuntur autem dies novissimi, seu quia si tempus omne in legem naturae, Moysis, et gratiae dividas; lex gratiae spectat ultimum mundi statum, cui alia lex nulla succedet; seu quia ratione habita ad Prophetam vaticinantem dies isti erant sequentibus ac posterioribus solum temporibus eventuri; quo sensu locutus est Jacob Genesis 49. congregamini, ut annuntiem quae ventura sunt in novissimis diebus.

Mons ille domus Domini praeparatus in vertice montium sensu metaphorico Christi Ecclesiam denotat, cujus gloria, amplitudo, et exaltatio saepe aliis hujusmodi figuris adumbratur. Displicet utique Hebraeorum haec interpretatio? sed numquid ita literam epistolis adhaerendum, ut cum ipsi dicamus fore ut, mons Sion Carmelo et Thabori imponatur et per tres leucas elevetur? At quo consilio ad tantam altitudinem attollendus, in qua ob aeris subtilitatem ac frigus maximum nec inhabitari posset? Numquid ut gentes quae ad illum ventura renuntiantur longius ac laboriosius iter facerent? Qui deinde haec eorum interpretatio conciliari potest cum illis Isaiae verbis c. 40. omnis vallis exaltabitur; omnis mons, et collis humiliabitur?

Ad tertiam Respondeo verba Rabbi Moysis, qui apud Weidnerum tract. de adventu Christi, qui omnem animalium metamorphosim Messiae tempore, ut Hebraei nonnulli suspicantur, futuram ita rejicit: // Non splendeat super eo, quod in diebus Messiae deficiat aliquid de via hujus saeculi aut innovetur aliquid de operibus sex dierum. Sed ibit mundus juxta solitam viam et consequenter manebunt animalia in conditioni sua propriis //. Agnus lupus agno, aut leo, vi suo vitulo semper erunt infensissimi, nec quin alii ab

aliis

Alve vdum ex Isaia: et erit in diebus novissimis &c. de Jesuo adventu
Dicuntur novissimi, quia...
vel quia?
vel cui?

montes. sublimior jugis planis.

numquid cum Hebraeis Altiore ...

ad 3. deluso cum apostolo respondere cum Rabbi

alijs devorentur, simul poterunt accubare. Eo animalium symbolo usus est Isaias, ut significaret gentes moribus, indole ac temperamento inter se maxime diversas sub unius Christi imperium cogendas et in unum Christi ovile, seu Ecclesiam congregandas. Hujusmodi enigmatibus Jacob etiam usus est cum filios suos benedixit, Judamque leonis catulum et leonem, Issachar asinum fortem, Dan colubrum, Nephtalim cervum emissum, et Benjamin lupum rapacem appellavit. Nec tamen ita sunt stolidi Judæi ut sensu vero ac proprio Judam leones, aut leonis catulos, Benjamitas lupos rapaces q. dici credant.

Ad alteram eadem fere viget responsio; lucem scilicet solis futuram septuplo majorem, lucemque lunæ hodiernam solis splendorem æquaturam, non sensu proprio, sed figurato esse intelligendum; idque scriptum fuisse vel ad designandam magnitudinem gaudii quod experturi erant Judæi [illegible] captivitate Babylonica; vel ad significandam gloriam illam ac lætitiam maximam, quam Messiæ adventus erat allaturus. Hujusmodi hyperbolis usus in scripturis est frequentissimus, cum lætior rerum status est indicandus; ut Esther 8. v. 16. et 11. v. 8. et 11. Isaiæ 9. v. 2. 3. Si porro locus objectus figuratus non esset, nemo solis fulgorem ferre posset, nec grata vices noctis propter tantam lunæ claritatem superesset.

Object. 3.

Multa alia olim de Messia in sensu etiam proprio dicta sunt, quæ orto Jesu Nazareno non evenerunt. ergo. Antecedens probatur. Ex Psalmo 71. pace alta nasci, verumque omnium affluentiam afferre debet Messias. ex Jeremiæ 23 v 6 populo Israel salutem afferre debet. in diebus illis salvabitur Judas, et Israel habitabit confidenter. ex Ezechiele cap. 38. [illegible] debellaturus ab eo est Gog, et Magog. ex eodem propheta cap. 40. magnifice instaurare Jerusalem, et construere templum amplissimum: hæc autem orto Jesu Nazareno non evenere: ergo.

Resp.

Nego antecedens. Ad primam ejus probationem respondeo, Christum editum fuisse in mundum, cum pax altissima obtineret, cujus indicium est, quod tunc exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis, et clausum omne

Eo symbolo usus Isaias, ubi
hic Jacob.

solve 1. dicendo, nec alia
ratione [illegible]

s. pacem attulit pacificans sive
que in celis, sive que in terris.
Hinc natum Jesum Angeli ecinerunt
"Gloria in excelsis Deo, et
in terra pax &.

Obstat nostrei: Non veni &.
aspice apud Chrysostomum

Item xiv: Qui diligit Patrem et
matrem plusquam me, non est
me dignus.

Solvo solum; separationem per Judeos
intelligere filii Dei et promissionis

Unde n.? Non qui filii carnis
hi filii Dei &. Sed filii
promissionis &.
Juda et Israel sic accepti servari in
reliquiis salvandis.

Frustra ex dictis vestris per
regnum temporale restituendum
generis Judaici.

Ezechiel non dicit a christo debellandos
reges &.
Gog juxta Divinum Antiochus Epiphanes
Magog civitas Syriae.

omnes, ut proficiscerentur singuli in suam civitatem. ...
verum deinde pacem, et omnium omnium consummationem attulit Christus, dum per sanguinem suum pacificavit sive que in celis, sive que in terris sunt: et hanc animae pacem natum Jesum Angeli annuntiarunt. Qui tamen ipse dixit Matthaei 10. v. 34. Non veni pacem mittere, sed gladium. Namque ut ait versu sequenti venit separare hominem adversus Patrem suum et filiam adversus matrem suam et nurum adversus socrum suam. ~~Namque~~ Quia, ut ait divus Chrysostomus Homil. 2. in Judaeos, evenit ut in eadem domo alter fidelis sit, et credat in Christum, alter maneat infidelis, ac pater velit filium a fide retrahere in pristinam impietatem. At talis erat Evangelii virtus, ut filii suos contemnerent parentes, filia matres suas, et parentes liberos, imo et vitam et omnia pro veritate exponerent.

Ad objectionem alteram respondeo ex Jeremia 23. v. 6. in diebus Messiae Judam salvandum et Israel habitaturum confidenter, ita tamen ut nomine Juda et Israel ~~...~~ intelligantur filii Dei et promissionis, qui credentes in Christum salvandi erant salute spirituali secundum vitam aeternam: non vero Judaei et Israelitae, quatenus sunt semen Abrahae et filii carnis. Juda enim et Israel sic acceptos nonnisi secundum reliquias salvandos esse, vel ipsi Judaei fatentur ex Jeremia cap. 3 v. 14. Assumam vos unum de civitate et duos de cognatione et introducam vos in Sion. Et Isaia c. 10. v. 22. Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiae convertentur ex eo. Frustra autem ex adductis Jeremiae verbis regnum temporale Israelitarum restituendum esse censent Judaei, quale floruit sub Salomone, dum pacem habebat ex omni parte in circuitu habitabatque ut dicitur 3. Regum c. 4 v. 25 Juda et Israel absque timore ullo unusquisque sub vite sua, et sub ficu sua.

Ezechiel cap. 38. de Messia non loquitur ~~de messia non loquitur~~, nec de ... Gog et Magog affirmat, sed ... regni Syriae ... qui ... Babyloniam Judaeos novis calamitatibus oppresserunt. Unde Gog secundum ... litteram ait Divinus est Antiochus Epiphanes; Magog quae teste Plinio et Ptolemaeo est urbs Syriae, a ... Hierapolis dicta, ...

subdit ~~ante~~ Antiocho gentes Scythæ, Tartari et alii Asiati-ci, qui duce Antiocho valde afflixerunt Judæos. (Tartari ait a Lapide, etiamnum suos principes Gog appellant, quasi Gog a Magog seu Tartaris, Scythis q. dicitur). At sensu allegorico unanime initio a Spiritu sancto intendi[t] laudatus interpres Tirinus, Gog est Antichristus, vel saltem primarius copiarum Antichristi princeps: Magog autem sunt populi Antichristo adhærentes Scythæ, Tartari, Turcæ, aliique Asiatici. Magogos enim ut constat ex Genes. 10. Scythas esse ac Tartaros, qui a monte Caucaso et palude Mæotide usque mare Caspium ad Indiam usque protenduntur, docet Josephus Antiq. lib. 1. c. 6. Hieronymus ~~in [illegible]~~ aliique. Si prior sensu Ezechielem intelligamus, nihil facit ad præsentem controversiam: si autem posteriore, dubium non est, quin Christus, quemadmodum in primo suo adventu de morte, peccato, ac Diabolo; ita in secundo etiam de Antichristo ejusque sectatoribus triumphaturus sit.
~~Jerosolyma quæ magnifice instauranda dicitur~~

Quod spectat ad caput 40. ejusque sequentia Ezechielis et Sabini [illegible] et doctissimus Hieronymus et divus Gregorius lib. 2. in hunc Prophetam ingenue fatetur, "hanc visionem tantæ obscuritatis nebulis tegi ut vix in ea aliquid intellectu intelligente videatur". Cæterum Jerosolyma, quæ in magnifice instauranda dicitur non est urbs illa a Tito et Vespasiano solo æquata, de qua scriptum est Isaiæ cap. 25. v. 2. Posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum ut non sit civitas, et in sempiternum non ædificetur. Et Jeremiæ c. 19. v. 11. Dicit Dominus exercituum: sic conteram populum istum et civitatem istam sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari sed est gloriosa Christi Ecclesia et Dominum, vel ipsa Jerosolyma, et secundum templum sub Zorobabele restauratum.

Prophetarum de Messia vaticiniis a Theologis adjungi solet Josephi Judæi testimonium de Domino Jesu libro 18. antiquitatum cap. 4, ubi sic loquitur. "Fuit autem inquit, eo tempore Jesus, vir sapiens si tamen virum illum oportet dicere: erat enim mirabilium operum ef-
fec-

Magog inanit [illegible]
et populos subditos Antiocho
Tartari ut a Lapide ad Lug.

sensu Alleg.co Gog antichristus.

magogos oriundos a Magog
filio, filio Japhet
Gen. 10. v. 2. Filii Japhet
Gomer, et Magog, &

nec si literali sensu accipias q.
non facit ad rem;
si spirituali; Christus certe
superabit Antichristum;

ad 4.
caput illud 40. et sequens.

Josephus hist. Judæus
cognominis Flavii. Hier.
Filius ex progenie sacerdotum Jerosolymæ natus obiit sæc. an. 37.
eo usque in literis profecit, ut Pontifices annos natus 14. consulerent. per
3. an. solitudinem q. postea Pharisæorum sectam professus.
an. 26. Romam profectus q. [illegible]
ipse una et [illegible] [illegible]
nari. 70. / mediante Poppæa ux.e Neronis et unicos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
; 1. primo 2. [illegible]
Jud. [illegible] 3. [illegible]

[illegible] sentiendum de Josephi Judæi testimonio, quod Christo perhibuit?

initio belli Jud.ci [illegible] [illegible] [illegible]
profectus; [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

fator, magister hominum, qui vera libenter amplectuntur: et plurimos quidem ex Judaeis, plurimos etiam ex gentibus ad se pertraxit. Hic erat Christus. Cumque eum a primoribus gentis suae accusatum Pilatus ad crucem damnasset, ab eo diligendo non destiterunt, qui primum coeperant. Nam post tertiam diem redivivus ipsis apparuit; cum divini vates haec aliaque quamplurima admiranda de eo praedixissent; necdum ad hanc diem defecit denominatum ab eo Christianorum genus //.

Egregium sane ac validum adversus Judaeos momentum utpote e domestico nec suspecto auctore ductum; si hunc [illegible] esse genuinum ac sincerum Josephi foetum quod omnes indubitatum foret. Sed [illegible] est non ita esse certa fide etiam apud Christianos, ut ex eo adversus pertinaces ineluctabile contra argumentum peti queat, aliis hoc testimonium esse verum Josephi, aliis contra supposititium esse putantibus. Qui illud genuinum esse defenderunt Baronius ad annum 34., Huetius propos. 9. c. 11. § Tournelyus quaest. 3. art. 1. arg. 5., aliique: qui illud tanquam pia fraude a veteribus Christianis confictum rejiciunt sunt Osiander, Sixtinus, Montacutius, Blondellus, Tanaquilus, et alii. Eorum sententia qui genuinum esse censent ~~[illegible]~~ verior nobis esse videtur. Primo enim solertia et diligentia Josephi in describenda suae gentis historia non patitur, eum de Jesu novae Religionis auctore siluisse, praesertim cum Joannem Baptistam et Jacobum Christi fratrem, Jesu unde nomen divulgatum commemoraverit. Deinde series sermonis, ubi et quasi e re nata de Christo ~~de Christo~~ dicendi locus, ubi nempe de Pilato loquitur; similitudo styli et modi loquendi Josepho familiaris hujus testimonii genuinam veritatem demonstrant. Tertio si Christianorum fraude insertum fuisset antiquioribus codicibus dolum utique detexissent Judaei, et Christianos illos tanquam falsarios et impostores ad [illegible] fidei christianae invidiam et ignominiam traduxissent. Quarto omnium Latinorum ac Graecorum [illegible] [illegible] consensio [illegible] hujus testimonii sinceritati argumentum. Sexto denique veteres scriptores, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

de

Testimonium magni ponderis contra Judaeos.
sed Criticis nisi conjecturis solitum [illegible].

Genuinum defendit Baronius, Huetius
Tournelyus: qui illud confictum ass.
[illegible] [illegible]

Proba 1. ex solertia Josephi in hist. scrib.
cum et Joann. Baptistam, et Jacobum fratrem
D. Hierosolym. Episcopum memoret, propter
cujus necem [illegible] [illegible] excidium.
2. Series sermonis, ubi loquitur de actis
Pilati
3. similitudo styli
4. quia non [illegible] Christianum confictum
[illegible] defecit
5. omnium codicum Latinorum et Grae-
corum consensio. ipse [illegible] Chaldaici
6. veteres scriptores id laudant

de scriptoribus Ecclesiasticis, Isidorus Pelusiota lib. 4. epist. 225. Sozomenus lib. 1. Cedrenus, Nicephorus, aliique testimonium illud agnoverunt et commendarunt; nec inter antiquos vel unus repertus est, qui ipsum in dubium revocaverit.

Quae adversus haec opponere solent alii, ad haec fere capita revocantur. 1.mo scilicet opponunt nonnullos Josephi codices, in quibus memoratum testimonium desideratur. sed quid mirum? Mendosi illi sunt, et Judaeorum fraude corrupti et interpolati ut constat ex Baronio, qui ad annum Christi 34. num. 221. testatur in codice servato, in quo Josephi historia e Graeco in Hebraicum sermonem translata antiquitus scripta sunt, cum Roma ejus de Christo testimonium requisiverunt, per summam perfidorum impudentiam, abrasum inventum fuisse, ideo ut nulla ad excusandum scelus possit afferri defensio, cum membrana ipsa id exclamare videretur. Idipsum confirmatur ex vetusto Josephi codice latino, qui in Bibliotheca Sorbonica asservatur, in quo quidem legitur testimonium illud; sed (quod observandum) deest folium, in quo eam describi oportuit; conjectura enim fuisse hanc historiam in folio quod deest, constat ex serie capitulorum hujus libri, ubi de Domino Jesu Christo diserta mentio habetur.

Addunt 2do Justinum, Tertullianum, aliosque eo ævo veteres testimonium hoc non protulisse. sed hoc etiam facile dissolvitur: [illegible] minimum Patres Judaeos impugnare, locum illum non adhibuerunt, quod in privatis codicibus insertum esset; vel iccirco illum non adhibuerunt, quod sufficere arbitrabantur miracula illa ~~testimonia~~ et innumera quae opponebant oracula Prophetarum.

Opponunt 3tio Origenem lib. 1 contra Celsum, ubi diserte traditur Jesum a Josepho nunquam pro Christo agnitum fuisse, quod ipsum affirmat Theodoretus: et tamen id aperte tradit auctor testimonii controversi. Respondemus vero, Origenem et Theodoretum non immerito dicere Christum a Josepho vere cognitum non fuisse, sive quia rejecta non crediderit eum verum esse Deum, sive

non

Solve difficultates
1. ex eo quod desit in aliquibus:

[illegible] etiam opponunt auctorem [illegible] quod dic [illegible] hominem [illegible]: ergo [illegible] illum [illegible]

[illegible] confessum fuisse Christum esse [illegible], [illegible] Christianam [illegible] [illegible] ... : ergo

Respondemus leviter istam esse objectionem [illegible] quia vel Josephus [illegible] vero [illegible] non [illegible] atque [illegible] [illegible] virginis quo [illegible] quae longe supra hominis vires sita erant; vel, quod verisimile [illegible] cum [illegible] etiam [illegible] ~~[illegible]~~ tamen [illegible] atque [illegible] regnat, quod [illegible] credidit.

2do quod non adhibuerint &c.

[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] paginam 1.

[illegible] 3. [illegible] et Theod.

solve; [illegible]; vel quod non credidit

cum scripsit, hic erat Christus, non ex sua privata fide ac scientia loquebatur, sed ex vulgari appellatione, quia sub ita Christus appellabatur, ut sensus sit, hic erat qui vocabatur Christus, sicut concisis verbis dixit lib. 20. c. 8. et sic reddit S. Hieronymus, et credebatur esse Christus; qua ratione illum designavit Matthaeus cap. 1. v. 16. inquiens: De qua natus est Jesus, qui vocatur Christus; et Pilatus apud eundem Evangelistam c. 27. v. 17. Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? Vel si revera interius Christum Deum agnovit Josephus, exterius ipsum non est professus; ac saeculi pro magnatis facto negavit quod animo credebat. eo fere modo quo veteres nonnulli Philosophi apud se unicum Deum credebant, quos tamen publice, ne periculum in se concitarent, simul cum illo venerabantur.

Adducunt denique et illud, in Josephi testimonio legi plurimos e gentibus ad Christum confluxisse, ejusque doctrinam amplexos fuisse, cum tamen certum sit ex Ethnicis unum duntaxat et alteram mulierem, Cananaeam et Samaritanam Christo adhaesisse. Verum ad hoc etiam facilis est et aperta responsio. Despicit quippe Josephus ad eam qua vivebat aetatem, anno post Christum fere 96. quo certe tempore magna Gentilium multitudo ad Christi fidem adducta jam fuerat. Quia et Christo adhuc vivente, nonne et centurio et Samaritani ad ejus fidem conversi sunt? Nonne multi ex Gentilibus ad eum venerunt ut eum viderent, Joannis 12. v. 20? Unde Origenes lib. 1. contra Celsum // Quomodo, inquit, Judaeorum, doctores, seniores et scribae invidentes ei commoti sunt contra eum, nisi quod turbas, ingentes trahebat post se? (...) ... turbas post eum iisse, sicut ... ...ibus. //

Petrus Gentiles credidisse in Christum ex Judaeis omnes, et ex Gentibus.

Caput IV.

De causa efficiente Incarnationis; quam quidem totam esse Trinitatem probatur; etsi sola Verbi Divini Persona humanam carnem, et Redemptoris officium susceperit.

Quaestionis status explicatio, et haereses refellendae.

Quoniam sicut et ... ... rem aliquam existere ... ... esse ... ... et quomodo ... ...

nostra efferta vel imperfecta intrusus jam ordo postulat, ut postquam incarnationis mysterium peractum, imo succe: ssive in ipsa Nazareno ~~...~~ completum fuisse demonstra- vimus, in tanti sacramenti causas inquiramus. Tria vero sunt causarum genera, quae a Theologis in augustissimo hoc my: sterio perscrutari consueverunt, efficiens, finalis et meritoria. De efficiente quae maxime propria est in hoc capite, agere: mus, de aliis sequentibus capitibus agemus. Quaeritur modo quaenam sit Dominicae Incarnationis causa efficiens, sine dubio respondetur eam fuisse totam sanctissimam Trinita: tem. Theolorum enim unanimiter docent opera ad extra in: divisa esse; Incarnatio, esse toti Trinitati communia. Extitit tamen Arianus quidam nomine Fasticius, contra quem scri: psit Fulgentius, aliique haeretici ejusdem aevi, qui credere nolebant, ut testatur eundatus Pater, in illa sancta Trinita: te aliquid a tribus factum, quod ab una tantum persona recte dicatur susceptum. Negabant proinde totam individuam Trinitatem efficientem esse Incarnationis causam, sed a solo Verbo ~~in unitate~~ tanquam a causa phy: sica efficiente Incarnationem peractam fuisse, quemadmo: dum a solo Verbo in unitate suppositi natura humana as: sumpta est. His errore contrario adversati sunt Sabelliani, qui circa annum 260. unam naturam tantum in Deo perso: nam, Patrem namque admiserunt, asserebant Patrem in sinu matris incarnatum esse, eundem in cruce ipsum vere mortuum et sepultum ac se ipsum ascendisse. Dicti proinde Patripassiani, de quibus videri potest Augustinus de Haeresibus c. 41, Petavius de Incarnatione l. 1. c. 5. Nos interim his praemissis statuimus

Incarnatio est totius Trinitatis opus; sola tamen Persona Verbi humanam carnem assumpsit

Pars prima probatur primo ex sacris litteris, quae Incarna- tionem toti Trinitati attribuunt. Et quidem ad Galatas 4. v. 4. Incarnatio tribuitur Patri. Misit Deus Filium suum factum ex muliere. Ad Philippenses 2. v. 7 tribuitur Filio, qui ut Divinus ita semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Quam tribuitur Spiritui Sancto; unde Angelus Josepho in somnis dixit Matthaei 1. v. 20 Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

Prob

cognita existentia rei.
statim causas inquirere solemus
hinc 3.

Hic loquimur dumtaxat
de efficiente

quam totam esse Trinitatem
quia opera ad extra 3.

sed Arianus quidam

nolebant a solo Verbo, sed a tota Trinitate

e contrario Sabelliani negarunt
Trinitatem Personarum

Propositio

Proba 1. partem ex
scripturis, quae hoc opus
toti Trinitati attribuunt.
Sic Deus Misit Filium;

Proba 2do ex Later. IV.
cui praeiverat Toletanum VI.
et etiam Later. part.

Probatur 2do ex conciliis. Concilium generale Lateranense IV anno 1215 sub Innocentio 3 cap. Firmiter sic definit: // Unigenitus Dei Filius a tota Trinitate communiter est incarnatus // Huic definitioni praeiverat Concilium particulare Toletanum VI. in fidei confessione inquiens: // Incarnationem totam Trinitatem operatam esse credendum est; quia inseparabilia sunt opera Trinitatis //. Necnon alterum Lateranense, tertium particulare sub Martino I. anno 649 [illegible], quod eos damnat qui non confitentur in Trinitate unam eandemque vim Deitatem, naturam, substantiam, virtutem, potentiam, operationem, creationem omnium ~~et operationem~~ //.

Prob. 3. ex Aug. et Fulg.

Tertium confirmatur ex Patribus inter quos unum sufficit audire Augustinum cum ejus discipulo Fulgentio. Augustinus itaque lib. 1. de Trinit. c. 4. // indivisa sunt inquit, opera Trinitatis sicut indivisa est essentia //. Fulgentius vero respondendo ad Ferrandum // Quia inseparabilis est, inquit, operatio Trinitatis, servilem formam quam Unigenitus Dei accepit, tota Trinitas fecit //.

Prob. 4. ex ratione qua extrinseca operatio pertinet [illegible]

Addi potest et ratio. Opera enim ad extra, seu extrinsecus ut principium efficiens pertinent ad naturam, potentiam, et voluntatem divinam: sed totius Trinitatis una est natura, una potestas, una voluntas: ergo opera ad extra seu extrinsecus quoniam efficiens pertinent ad totam Trinitatem. Porro Incarnatio est opus ad extra: pertinet ergo ad totam Trinitatem tanquam ad causam efficientem.

ad Tim.
Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere
1. Joan. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli

Pars altera probatur primo ex scripturis et symbolis. Dicitur in scripturis Joannis 1. v. 14. Verbum caro factum est. Et cap. 3. v. 17. Misit Deus Filium suum in mundum. Similia habet S. Paulus 1. ad Timoth. c. 1. 15. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.+ Id ipsum docent symbola, Apostolicum, Nicaenum, Constantinopolitanum in quo profitemur credere in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus est. In symbolo Athanasiano legimus: non duo, sed unus est Christus.

× similia S. Marc. 1. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei [illegible] vocabis nomen ejus Jesum: Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur [illegible] ergo Pater, sed Filius incarnatus [illegible] docent symbola.

errore

Proba 2do ex Patrib. Aug.

Probatur 2do ex Patribus. S. Augustinus [illegible] hanc doctrinam expresse tradidit, ut in lib. 2. de Trinit. c. 10. ubi inquit // Humanam illam formam ex Virgine Maria Trinitas operata est, sed solius Filii persona est

est

est. visibilem namque solius Filii personam invisibilis Trinitas operata est". S. Fulgentius contra sermonem Fastidiosi ariani ad hoc mysterium explicandum attulit similitudinem vocis corporea, quae simul sit a memoria, a cogitatione, et a voluntate, sed a sola cogitatione suscipitur, ita concludit cap. 17. "Quisquis hanc imaginem in mente hominis conspexerit, haereticorum vaniloquia citius irridet, qui carnaliter de spiritualibus sentientes volunt videre in illa sancta Trinitate aliquid ex nihilo factum, quod et una natura tantum fuerit divina dispositione susceptum, non ista humana natura totius quidem Trinitatis opere sit facta, a solo tamen Filio fuerit in unitatem personae suscepta". Reliquorum ~~Patrum~~ vices suppleant sancti Patres in concilio particulari Lateranensi congregati, qui praesidente Martino I. sequentem canonem statuerunt ordine secundum: "Si quis non confitetur secundum sanctos Patres proprie et vere ipsum unum sanctae et consubstantialis et adorandae Trinitatis Deum Verbum descendentem de caelis et incarnatum de Spiritu sancto et Maria Virgine et hominem factum etc. sit condemnatus".

Object. 1. Opponunt contra primam propositionis partem. Ut tota Trinitas censeatur causa physica Incarnationis efficiens, necesse est, ut communi virtute et omnipotentia quidpiam physice efficiat: nihil autem ejusmodi efficit; ergo etc. Consequens probatur. Nam in physica unio hypostatica verbi nihil realis sit, causa physica non indiget: humanitati deinde existentiam tribuere non est Incarnationem efficere: ergo.

Resp. Concedo majorem, nego minorem. Ad probationem concedo primum membrum; distinguo alterum. Humanitati existentiam tribuere quibusvis in adjunctis, non est Incarnationem efficere, concedo: existentiam tribuere iis in adjunctis, in quibus resultat totum, quod Christus est, non est Incarnationem efficere, nego hoc membrum. Ut enim censeatur totum aliquod efficere, necesse non est, ut omnibus ac singulis aggregati partibus existentiam tribuat; sed sufficit si vel unam producat, ... et ideo est constitutus, ut parte ...... totum coalescat. Porro tota Trinitas communi ...... Christi humanitati suae existentiam contulit, unde

totum

S. Fulgentius contra Fastidiosum postquam attulit similitudinem vocis corporeae, quae est a memoria, cogitatione, et voluntate, et tamen a sola cogitatione suscipitur sic concludit.

alios Patres tacemus in Lateranensi sub Martino I.

Contra I. part. quod tota Trinitas ... necesse est ut communi ...
... sed negant, quia cum unio hypostatica nihil sit non indiget causa physica, ...

Solvo distinguo.

ut agens censeatur agere, sufficit si uni parti existentiam tribuat.

totum, quod Christus est, necesse sit exurgere. Divina enim omnipotentia non prius Christi humanitatem condidit, quam communi totius Trinitatis decreto sancitum fuerat, ut eodem ipso productionis momento in unitatem suppositi a persona Verbi assumeretur.

Zone omnip.[ta] Dei invisib. quaerit omnia decreto

Inst. magis et arctius pendet humana Christi natura a Verbo quam a Patre, et Spiritu sancto: ergo Verbum divinum aut solum aut saltem praecipua erit humanitatis Christi causa efficiens.

ergo magis pendere.

Resp. Distinguo antecedens. Magis et arctius pendet natura Christi humana a Verbo ratione personalitatis et suppositi, sive in subsistendo, concedo ant.; ratione physicae efficientiae sive in existendo, nego antecedens et consequens. Haec[?] quidem est ratio[?] quod natura humana non Verbo quam non reliquis personis ratione intrinseca terminationis; non autem ratione physicae dependentiae. Nam enim a personis omnibus ex aequo tam quam a causa efficiente procedat, a Verbi persona insuper tam quam a supposito suo pendet intrinsece.

ratione personalitatis concedo. dico.

Obiect. 2. Adversus alteram propositionis partem opponunt hoc modo: Non potuit nisi tota Trinitas physice efficere naturam humanam Christi naturam: ergo etiam non potuit nisi tota Trinitas incarnari. Conseq.[tia] probatur. Ideo primum, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis ad extra: sed Incarnatio per est ad extra: ergo si non potuit nisi tota Trinitas g.

contra primam P.
Non potuit nisi tota Trinitas g. efficere incarnationem ...
probat. quia ...
Incarnatio per se ad extra g.

Resp. Concedo ant., nego cons.[tiam] non res nulla extra Deum efficiatur nisi media voluntate et omnipotentia, voluntas vero ipsa et omnipotentia individua et communis sit toti Trinitati, per sese efficit non quamvis, et proinde naturam etiam Christi humanam a tota Trinitate extitisse, nec efficientiam personae unius ab altera disjungi posse. Ex adverso non sic ipsa Dei natura, ut toti Trinitati communis est, sed certa ratione sui, seu quia persona naturam humanam assumat, et terminet; persona autem Filii cum a persona Patris, et Spiritus sancti realiter distincta, consonum est intelligere, quomodo natura humana licet a tota Trinitate conjunctim sit producta; ab unica tamen Verbi persona in unitatem suppositi cooptata sit.

Elog.

Persona Filii realiter distincta ... g
licet humanitas a trina facta e
ab uno assumpta

Ad probationem concedo majorem, distinguo minorem. Incarnatio est opus ad extra, si naturae assumptae effectum praecise consideres, concedo minorem: si solam naturae divinae cum humana unionem spectes, nego minorem.

ad prob. distingue
incarnatio est ad extra g.

dem, et conseq^m. Incarnatio duo includit, unionem, per quam assumpta fuit humana natura; et ipsius humanæ naturæ quæ in Incarnatione assumpta fuit, effectionem. Unitio peculiaris est, et propria solius Verbi, quod naturam humanam assumpsit, estque mera relatio, quæ ex terminis unitis resultat: humanæ vero naturæ quæ in Incarnatione assumpta fuit, effectio, quæque vere quid ad extra Dei debet, communis est toti Trinitati tanquam causæ efficienti. — Inst. 1.

Quæ divina est Verbi natura, ea ipsa est Patris et Spiritus sancti ergo si divina Verbi natura cum humana copulata est, Patris etiam et Spiritus sancti natura est copulata, ac consequenter tota Trinitas est incarnata. — Resp.

Distinguo antecedens. Quæ divina est Verbi natura, ea ipsa est Patris et Spiritus sancti, diverso tamen modo subsistens, concedo antecedens. eodem modo subsistens, nego antecedens, et conseq^m. Eadem profecto est natura Patris, et Spiritus sancti, quæ Verbi divina; diversa tamen ratione subsistit in Verbo, atque in Patre, et Spiritu sancto: ex qua varia subsistendi ratione in natura divina Trinitas resultat Personarum, ut ex tractatu de Trinitate constat. Porro natura divina non utrumque subsistit sed prout subsistit in Verbo cum humana natura copulata est: unde non totam Trinitatem, sed solam Verbi personam incarnatam esse facile perspicitur. Rem explicat concilium Toletanum 6tum et S. Augustinus. Illud cap. 1. sic habet. // Cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen Filius suscepit humanitatem in singularitate Personæ, non in unitate divinæ naturæ: id est in eo, quod proprium est Filii, non quod commune Trinitati //. Hic vero Serm. 3. de tempore sic loquitur // Ars dictat, manus tangit cytharam, chorda resonat: cum chorda autem sonus prodit, et manus operatur. Sic non Pater, nec Spiritus sanctus suscepit carnem, et tamen cum Filio pariter operantur //. — Inst. 2.

Una persona sine altera in Cælo a beatis mentibus videri non potest, sicut docetur in tractatu de visione Dei. ergo nec potest una sine altera incarnari — Resp.

... modo antecedens, nego conseq^m. Discrimen in eo est, quod tres personæ sunt realiter idem cum essentia divina quæ ... et primarium est objectum visionis beatificæ:

nos

Marginalia:

incarnatio duo includit.

Arg. exped.

Opinio. antec.
eadem natura,
sed diverso modo subsistens

natura divina non utrumque subsistens sed ut ... incarnata

Apud Toletanum, et Aug.

alter discrimen:
tres pers. idem cum natura divina

tres autem personae realiter a se invicem distinguuntur, proinde mirum non est, quod uni tribuatur relatio, quae caeteris minime convenit;

Inst. 3. Incarnatio non est mera relatio, sed vera et physica humanitatis assumptio: porro assumere humanitatem vere et physice agere est: non ergo ad Verbum dumtaxat, sed ad totam Trinitatem pertinet.

Resp. Nego majorem quoad primam partem. Assumere enim humanitatem hic dumtaxat sonat unire cum humanitate. Et proinde assumptio est mera relatio, si eam a termini operationis effectione secernas; et si voce tenus actionem sonare videatur.

Caput V.

De praecipuo Incarnationis fine, quem humani generis reparationem esse docetur; ita ut si genus humanum redemptione non indiguisset, Filius Dei incarnatus non esset.

Quae Pelagianorum haeresis circa Incarnationis finem, quae catholicorum sententia?

Pelagiani peccati originalis hostes acerrimi, quod hominem innocentem nasci contenderent, negabant Christum ad hominem a servitute et captivitate diaboli liberandum advenisse. Doctrinam eandem renovavit Abaelardus, nec Diabolum unquam jus aliquod in homine habuisse, nec Filium Dei, ut hominem liberaret, carnem assumpsisse contendit. Unde consequens est Incarnationis finem in impia eorum sententia non alium fuisse, quam ut Christus doctrina et exemplo, miraculisque ad salutem nos erudiret, et ad aeternam vitam aeternam dirigeret. De utrisque Pelagianorum ... sensit S. Bernardus epistola 190 c. 5. Si verum est inquit, dicere quod Christus non venit ad liberandum hominem, sed tantum ad instructionem vitae et charitatis commendationem, hoc modo ... Abaelardus cum Pelagio evacuat pretium sanguinis Christi.

Pelagiani peccati orig.^lis hostes a. et Abaelardus a.

S. Bernardus ... fatetur. Evacuat pretium sanguinis Christi.

... catholici omnes ...

Catholici omnes fatentur Verbum divinum humanam carnem induisse, et in hunc mundum venisse, ut diaboli regnum, et tyrannicam dominationem, qui orbem universum et populos omnes durissima servitute continerent, morte sua destrueret ac profligaret. Sed de eo inter ipsos controversia est controversia, utrum humani generis redemptio quantum ex scripturis sacris conjicere licet, ita finis ... specialis, atque universus fuerit ut ad eum caeteri omnes

Sed quaestio ... num ... redemptio ita ... incarnationis ...

omnes, qui in sacris litteris recensentur, sint referendi, eoque deficiente Incarnatio peracta non fuisset; ~~et~~ uno verbo quaerunt, num, si Adam non peccasset, Filius Dei incarnatus fuisset. Negat s. Thomas 3. p. quaest. 1. art. 3. et cum eo major Theologorum pars. Sententiam affirmantem tuentur Scotus cum suis, ac quos allegant Alensis, Albertus magnus, Ambrosius Catharinus, Suarez, Ysambertus, qui contendunt, Christum, quamvis Adamus non peccasset, venturum fuisse in carne impassibili, ut mundi ornamentum et dominum doctor, magister, ac dux foret. Nos Thomistarum sententiam Sacrarum scripturis, et Patribus magis conformem sequimur et statuimus.

Propos.

Finis primarius et adaequatus Incarnationis fuit humani generis Redemptio; quamobrem si homo non peccasset, Filius Dei incarnatus non fuisset.

Pars prima, quae catholicam veritatem contra Pelagianos continet, probatur. Sacrae litterae hanc adventus Messiae causam identidem inculcant; ut Lucae 9. v. 10. Venit Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat. Joannis 3. v. 16. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ad Galatas 4. v. 4. Misit Deus Filium suum ... ut eos qui sub lege erant redimeret. 1. ad Timoth. 1. v. 15. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Joannis cap. 3. v. 8. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Id ipsum perpetuis temporibus docuit Ecclesia, et in oecumenicis conciliis declaravit quotiescumque se obtulit occasio; idque in symbolis palam confitetur; ~~quorum omnium instar sit Nicaenum, quod cum~~ ~~[illegible]~~ quorum omnium instar sit Nicaenum, quod cum ~~Pars altera probatur adversus Scotistas~~ praecipua de Christo dogmata statueret, de hoc ita decernit: "qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis". [illegible]

Pars altera probatur adversus Scotistas. Ea enim Incarnationis unica causa agnoscenda est; quam solam assignant Scripturae; in iis enim, quae sunt ejusmodi et ex mera Dei voluntate pendent, causas fingere, ac comminisci non licet: atqui scriptura unicam agnoscunt Incarnationis causam

Negat d. Thomas cum plerisque Theol.

Affirmat Scotus cum suis et cum quibusdam Thomistis et dicunt venturum in carne impassibilis.

Prob. 1. p. quae est de fide, ex ss. litteris, quae perpetuo hanc causam inculcant.

Matth. 18. v. 11. Non est opus valentibus medicus; sed ... Non veni vocare justos.

Id semper docuit Ecclesia in conciliis et symbolis

vide Nicaenum.

Probatur 2. p.

ea unica causa, quam solam Scriptura commemorant.

prin. [illegible] ex [illegible] &c.

nota verba non veni vocare justos &c.

Nimirum Xtus venit ut medicus et ut salvator.

sed Christus ipse Matt. 18. exemplo boni Pastoris &c.

//

Prob. 2do ex eo quod alii fines in scripturis commemorati Primario fini subnixi sunt &c. et ex illo pendent.

fines Xti excellentia natura humana exaltatio

Nonne haec oportuit Xtum pati et intrare in gloriam.

&c.

nempe humani generis liberationem. ergo &c. Minor constat ex adductis superius scripturae testimoniis, et ex innumeris aliis quae afferri possent. Isaia enim cap. 61. v. 1 legimus: Dominus misit me, ut mederer contritis corde, et praedicarem captivis indulgentiam. Quibus verbis Dei consilium aperitur. Matthaei cap. 9 v. 13. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. non enim veni vocare justos, sed peccatores. Ubi procerto non tantum dicitur venisse Christus propter peccatores, sed etiam propter ipsos dumtaxat venisse, ita ut alia qualibet causa excludatur. Nimirum Christus venit ut medicus; at medicus est tantum propter aegrotantes; venit ut salvator: at salvator est non propter justos, sed tantum propter peccatores. Quod Christus ipse in genere diserte tradit, dum Matthaei 18 adventus sui causam explicat exemplo Pastoris, qui dimittit oves quae in montibus, ut errantem quaerat. Sicut ergo Pastor non adiret loca deserta nisi ovis erraret, ita Christus in mundum non venisset, nisi homo peccasset.

Accedit quod si quem alium Incarnationis finem praeter expressum humani generis Redemptionem scripturae commemorant, hic illo subnixus est et hunc consequitur. ergo &c. Antecedens prob. fines, quos adversarii ex scripturis commemorant et aeque principales, ac humani generis Redemptionem esse volunt, sunt Christi excellentia, naturae humanae exaltatio, filiorum adoptio, regnum, magisterium et alia cum his connexa, quae passim celebrant: sed fines hos humani generis Redemptione subnixos esse, eamque consequi ex scripturis eruitur: ergo &c. Minor probatur. Christi excellentiam maxime commemorat Apostolus ad Philipp. c. 2, sed eam ex ipsius passione et morte consequi expresse tradit ibidem v. 8. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium, et infernorum et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Cum his quidem verbis omnia Christi decora et ornamenta, quorum ejus excellentia constitui (?) comprehenduntur. Idem eruitur ex Epist. ad Hebraeos c. 2 v. 9 Ad Ephes. c. 1 v. 20.

Item

Deinde natura humana exaltata quidem est ab eo, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus, sed in Christo; in quo, ut loquitur Apostolus ad Ephes. c. 1. v. 7. habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiae ejus, et in quo proposuit Deus instaurare omnia quae in caelis, et quae in terra sunt in ipso. Et nos de plenitudine ejus omnes accepimus, et gratiam pro gratia: gratiam salvatoris, pro gratia creatoris, quam per peccatum Adami amisimus. Accepit etiam homines in filios per Christi adventum; sed misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Ad Galat. 4. v. 4. et Isaias 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevum.

Venit denique Filius Dei, ut quemadmodum ait Augustinus epist. 3. esset hominibus magisterium et adjutorium, ut promittitur per Isaiam cap. 55. v. 4 Ecce testem populi dedi eum, ducem ac praeceptorem gentibus. Iis qui in tenebris et in umbra mortis sedebant et habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis. Utrumque subsidium ex Christi passione derivat, et ad humani generis redemptionem refert Apostolus ad Titum c. 2. Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et juste et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei, et salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.

Videtur vero ex Patribus, quomodo alii negant aliam incarnationis causam esse, quam redemptionem; alii vero aperte confitentur, Christum venturum non fuisse, si Adam non peccasset. Ad priorem classem pertinent Gregorius Nazianzenus orat. 36. Quae inquit humanitati a Deo propter nos susceptae causa extitit? Profecto ut nobis sa-

exaltatio naturae humanae.
Benedictus Deus et Pater D. N. J. C.
qui benedixit nos e.

adoptatio filiorum.

ut esset magisterium
et adjutorium e.

Benedictus:
illuminare eos, qui in tenebris
et umbra mortis sedent
ad dirigendos pedes nostros

Sac. 3.

Patres alii
negant aliam causam praeter
Redemptionem

Alii aperte dicunt non venturum e. nisi e.

Greg. Naz.

salvos faceret. Nulla enim alia causa afferri potest.

Chrys. Chrysostomus Homil. 31. in haec verba Matthaei: non veni vocare justos, sed peccatores; // adeo procul abest, inquit ut peccatores abominetur, ut ~~nullam causam~~ ~~[illegible]~~ propter illos advenerit //. Ambrosius de Incarnatione c. 6. //... Quae erat causa Incarnationis, nisi ut caro, quae peccaverat, redimeretur //?

At uberiora adhuc verba, Irenaeus lib. 5. c. 14. // Si non haberet caro salvari, inquit, nequaquam Verbum Dei caro

Iren. factum fuisset // Origenes Homil. 24. in Numer. // Si non fuisset peccatum, non necesse fuerat Dei Filium agnum

Origenes fieri ... sed mansisset hoc quod erat in principio, Deus Verbum // Athanasius orat. 3 contra Arianos // humanae naturae

Athan. [illegible], inquit, a Christo factam confecit hominum necessitas, sine qua carnem non induisset ... Quod enim homo est factus, id nunquam fecisset, nisi hominum necessitas causam habuisset // Cyrillus lib. 5. de Trinitate

Cyrill. // Hominis crimina divinae gloriae, inquit, occasio fuerunt. Nam si non peccassemus, neque talis similis nobis esset Filius Dei //. S. Augustinus serm. 9 de verbis Apo-

Aug. stoli // venit Filius hominis, inquit quaerere et salvare quod perierat. Si homo non periisset, Filius hominis non venisset... Quare venit in mundum? Peccatores salvos facere. Alia causa non fuit quare veniret. Et sermone [illegible]

item Aug. // Nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores salvos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, et nulla est causa medicinae. Si venit de coelo magnus medicus, magnus per totum orbem jacebat aegrotus // Sanctus

S. Leo Leo sermone 2. de Pentecoste // Si homo inquit, ad imaginem Dei factus, in suae honore naturae mansisset, nec diaboli fraude deceptus a lege sibi posita per concupiscentiam deviasset, creator mundi creatura non fieret; nec sempiternus temporalitatem subiret, nec aequalis Deo Patri Filius Dei formam servi et similitudinem carnis peccati assumeret //. Similia habet Fulgentius de Incarnatione c. 7, Gregorius magnus in librum [illegible], et alii Patres. Verae autem [illegible] testimonia [illegible] [illegible] [illegible] Adversarios [illegible] [illegible]

Thom.

In scripturis alia multa afferuntur incarnationis causa Sect. 1
Christi causa, quam humani generis reparatio. Non modo e-
nim venit Christus ut redemptor hominum, sed etiam pri-
mo ut magister Matthaei 23 v. 10. unus est magister ve-
ster Christus: 2do ut pastor Joannis 10. v. 11. ego sum pa-
stor bonus: 3tio ut vitae spiritualis auctor Joannis 10. v. 10.
ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant: 4to
ut legislator Jacobi 4. v. 12. unus est legislator: 5to ut
sponsus Psalm. 18. v. 6. et ipse tanquam sponsus pro-
cedens de thalamo suo. Cum minus ergo cum Pelagianis
dicendum est, incarnationis finem unicum fuisse hu-
mani generis reparationem, colligendum saltem erit cum
Scotistis, Adamo etiam non peccante, Christum nihilomi-
nus venturum fuisse.

Resp. Distinguo antecedens. Multa alia causa afferuntur secunda-
ria, consequentes, et a prima quae est humani generis in-
stauratio, suspensa, concedo: primaria, et seorsim ab ea
efficaces, nego. Causa itaque mox enumerata secundaria
sunt, et dumtaxat consequentes. Venit enim Christus quidem
ut magister, pastor, legislator, sponsus etc.; sed non venisset
ut talis, nisi primo venturus fuisset ut humani generis re-
parator. Christus ergo venit primo ut magister et lux
hominum: sed quibus? nempe habitantibus in regione um-
brae mortis: 2do ut pastor: sed dimissis in caelo nonagin-
ta novem ovibus ad quaerendam illam, quae perierat Lucae
15. v. 4. Tertio ut vitae ac salutis auctor, sed homini de-
lapso in latrones et ab iis semivivo relicto: ibidem cap. 10.
30. 4to ut legislator, sed iis, qui a lege exciderant; et
simul ut judex, quod Apostolus Jacobus ibidem addit. 5to
denique ut sponsus, sed ut sponsus similis Moysi, hoc est
ut sponsus sanguinum Exodi 4. v. 25; quia ecclesiam spon-
sam acquisivit sanguine suo, Actor. 20. v. 28. Nonne deinde
Israelitarum legislator et ductor fuit Deus, nondum as-
sumpta carne? Ad hoc igitur ut esset Pastor, ac reliqua, con-
iter necessaria non fuit humana naturae assumptio.

Inst. prima. In decernenda incarnatione Deus mysterii ipsius excellen-
tiam et suorum attributorum manifestationem tanquam
finem spectavit. Sed fines hi Redemptioni humani

1. ut magister
2. ut pastor
3. ut auctor vitae spiritualis
4. ut legislator
5. ut sponsus

gr:

Probant excell.^m Xi et manifest.^m
obj. m
e' probant ex eo quod Xtus dicatur
creatus ante omnia et primogenitus,
ergo ... excellentiae ... incarnationis

generis subordinati non sunt, nec ad illam referuntur: ergo praeter redemptionem alii fuerunt Incarnationis fines, qui ad ipsam redemptionem referri non possunt. Major constat e pluribus scripturarum testimoniis, in quibus Christus dicitur creatus ante omnia et primogenitus omnis creaturae. Ita Proverb. 8. v. 22. Dominus possedit (scilicet ut vertunt 70 interpretes, Dominus creavit me) in initio viarum suarum. Ecclesiastici 24. sub nomine sapientiae v. 5. Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. et v. 14. Ab initio et ante saecula creata sum. Denique ad Coloss. 1. v. 15. Christus iisdem verbis appellatur primogenitus omnis creaturae. Ergo etc.

Resp. Distinguo majorem. In decernenda Incarnatione Deus respexit ipsius excellentiam in eo praecipue sitam, quod a Verbo incarnato reparandum erat genus humanum, et suorum attributorum manifestationem inde profecturam, quam finem spectant, concedo; spectavit ipsius mysterii excellentiam secundum se sumptam, et suorum attributorum manifestationem in abstracto acceptam, nego majorem. Et similiter distinctâ minore, nego consequentiam. Ad scripturas adductas quod attinet, eas passim interpretantur Patres de Christo prout Deus est, ac divina sapientia ab aeterno nata, ipsa non proprie ~~genita~~ creata, sed a Patre genita. Quare S. Augustinus lib. 1. de Trinit. c. 12. // Secundum formam Dei inquit, primogenitus omnis creaturae; et ipse ante omnes est et omnia in illo constant //. Neque officit neminem alium ter Filium suum a Patre proprie genitum fuisse. Nam ut vere primogenitus dicatur, satis est ante ipsum genitum ipse neminem; quo sensu etiam de Virgine Maria dicitur Matthaei 1. v. 25. Peperit Filium suum primogenitum; quamvis filios alios nunquam habuerit.

Quod si de Filio etiam Dei carne induto scripturas intelligere placet; non tempore aut intentione, sed honore ac dignitate illum primogenitum confitemur. Atque haec quidem responsio est ipsius Doctoris maximi S. ~~H~~ Hieronymi qui in cap. 1. epist. ad Coloss. in illa verba, Primogenitus omnis creaturae // secundum assumpti hominis formam inquit; non tempore, sed honore //. Scriptura enim interdum viros aut merito insignes, aut singulari dilectione caros primogenitos appellat. Ita Jeremiae 31. v. 9. Ephraim primogenitus meus. Exodi 4. 22. Filius meus primogenitus Israel

Sic distinguo: respexit Deus excellentiam ... omnium ex sese ... consideratam se ... nego

// sec. fines ... subordinati non sunt.
si secundum se ... concedo
...

scripturas. Resp.

exponunt Patres de sap. incr.
nec obest quod, primog

Quod si mavis de Christo
primogenitus honore et ...
sic. Fil...

Inst. 2da

Christus dicitur finis, ad quem omnes creaturæ ordinantur: finis autem prius intenditur, quam id, ~~quod~~ quod est propter finem: ergo &c. Major prob. Ad Hebræos c. 2. v. 10. dicitur Christus, propter quem omnia, et per quem omnia. Et 1. Cor. 3. v. 23. Omnia vestra sunt; vos autem Christi; Christus autem Dei. Ergo &c.

Resp.

Distinguo majorem. Christus dicitur finis, ad quem creaturæ ordinantur, ratione suæ divinitatis, concedo majorem; ratione humanitatis, iterum distinguo. Est finis creaturarum supposito peccato et decreto de homine redimendo, concedo majorem. Secluso peccato, et decreto de homine redimendo, nego majorem. Locus Apostoli ex capite 2do ad Hebræos propositus non est ad rem præsentem. Neque enim verba illa de Christo, sed de Deo Patre intelligenda sunt, ut expresse docet S. Joannes Chrysostomus in hunc locum, et sermonis series satis indicat. Et vero per Christum, quatenus homo est, omnia facta esse dici non possunt. Nos autem Christi sumus, et Christus est Dei, supposita humani generis reparatione.

Inst. 3tia.

Christus est caput hominum, et Angelorum, in quos omnes influit gratiam, ut caput in membra: ergo cum, nullo etiam supposito peccato, gratia tum hominibus, tum Angelis concessa ~~fuisset~~ fuerit, sequitur etiam nullo supposito peccato, Christum venturum fuisse tanquam caput hominum et Angelorum. Antecedens probatur ex cap. 1. v. 22. ad Ephesios, ubi dicitur: omnia subjecit sub pedibus ejus; et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.

Resp.

Distinguo antecedens. Christus est caput omnium cum hominum, tum Angelorum dignitate et auctoritate, quibus omnes supereminet, concedo: largitione et influxu gratiæ, subdistinguo; gratiæ secundariæ, concedo: primariæ, iterum subdistinguo: quoad homines lapsos, concedo; quoad Angelos et homines in statu innocentiæ, nego. Duplex hominis status distinguendus est: alius enim est status innocentiæ, qualis fuit Angelorum et Adami, cum e Dei manibus exierunt; alius est status naturæ lapsæ, qualis est noster. Gratia pariter est duplex: alia primaria, quæ ad salutem necessaria est, et qua salus eadem comparatur; alia secundaria, quæ in variis donis ad primam illam accedentibus posita est. In primo

statu

Disting. Xtus finis, ad quem &c. ratione divinitatis conc. ratione humanitatis subd.

[illegible] 2. v. 10. primo est de Patre [illegible] ... eum, propter quem [illegible] ... Gloriam adduxerat auctorem [illegible] ...

locus Cor. non obstat nam Paulus de hoc ordine redemptionis loquitur.

Inst. Xtum esse caput hom. et Ang. ergo cum gratia &c.

Solv.

Disting.

cum dignitate et auct.e conced.

influxu gratiæ. sedariæ conced. primariæ subd.

quoad homines lapsos conc. quoad Angelos, et hom. in[nocentes] neg.

Dupl. esse homi. statum

Gratia duplex: primaria &c.

secundaria in variis donis

in primo statu gratia creatoris
non redemptoris

[illegible]

statu gratia fuit non reparatoris Christi, sed creatoris Dei ante Ada
in statu autem naturae lapsae necessaria est gratia Christi
demptoris, quae efficaces vires praebeat infirmae, ac debilitatae
voluntati. Christus ergo dignitate quidem sua caput est omnium
num electorum cum hominum, tum Angelorum, quia
evectus est supra omnes potestates, virtutesque.
an est auctoritate, quia omnis potestas data est ei in coelo
et in terra. Est etiam omnium illorum caput largitione
multiplicis gratiae, qualis est revelatio uberior mysteriorum
gaudium ex salute hominum a Christo redemptorum &c.
sed hominum duntaxat caput est influens gratiam primi
quia Angeli a Deo solo habuerunt eam gratiam, qua sa-
lutem adepti sunt; nos vero habemus a Christo.

~~Object. p.~~ Obj. 4. ~~opponunt prō ex Patribus~~ Christus est exemplar omnium praedestinatorum; ad Rom. enim cap. 8. v. 29. dicitur: Quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: sed exemplar praecedit ea, quae ad ipsius imaginem efformantur: ergo Christus prior est omnibus praedestinatis; ideoque primus est ante omnes Angelos et homines.

Resp. Distinguo majorem. Christus est exemplar omnium praedestinatorum hominum, concedo; hominum et Angelorum, nego. Alio nempe modo homines, alio Angeli praedestinati sunt. Angeli praedestinati sunt ex praevisis meritis, ex gratia versatili ipsis a creatore concessa per liberum arbitrium comparandis: homines autem praedestinati sunt gratis, et sine ulla praevia meritorum notitia. Jam vero Christus homo mera Dei gratia, et citra ullius meriti subsidium praedestinatus est, et factus Filius Dei. Norma ergo est et exemplar praedestinationis hominum; non vero Angelorum. Et sane Paulus de solis hominibus loquitur, quos appellat Christi fratres: quod quidem solis hominibus, nullatenus autem Angelis competit.

Christus.

alio modo homines
alio Angeli praedestinati

et sane Paulus
de solis hominibus
[illegible]

Object. 2. Opponunt iidem ex Patribus. S. Irenaeus lib. 3. c. 33.: "Cum praeexisteret salvans, inquit, oportebat et quod salvaretur fieri, ut non in vacuum sit salvans". Tertullianus de resurrectione carnis cap. 6. de formatione corporis Adami loquens: "Quodcumque, inquit, limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus..." [illegible] ergo

Cum praeex[illegible]

fieri.

tory Dei ante Adamum futurus jam erat homo. Cyrillus lib. 15. The-
. Christianam docet, Deum reparationis nostrae negotium ita dispo-
debilitata suisse, ut antiquior in nobis sit benedictio, quam maledictio;
t est omnino antiquior promissio ad vitam, quam condemnatio ad mortem;
, quia antiquior adoptatio in libertatem, quam diabolica servitus.
... Cum ante Adami Christus ut homo futurus, humani generis est benedictio;
ei in peccatum vero Adami est ipsius maledictionis causa: ergo
positione Christus ut homo futurus prior est Adami lapsu. Denique S.
Fulgentius lib. 2. ad Trasimundum cap. 13. Non alia, inquit,
: stantem Angelum a ruina potuit custodire, nisi illa quae
primum ipsum hominem post ruinam potuit reparare: una est in
, quae in utroque gratia operata: in hoc ut surgeret; in illo ne cade-
ret: in hoc ne vulneraretur; in isto ut sanaretur. Si-
ar omni: milia habet S. Bernardus serm. 22. in Cantica. Sed gratia,
. Chri: quae lapsum hominem post ruinam potuit reparare, est
fieri: gratia Christi Redemptoris: ergo etiam q.

utis fra: Insuper haec etiam nobis a Scotistis opponuntur, quae nihil
imagi: omnino contra causam promovent. Itaque ad Irenaeum impri-
modo: mis quod attinet cum distinctione respondeo. Fuit scilicet
homine Christum ante Adamum reipsa et physice existentem prae-
definitum fuisse salvatorem, concedo; ante Adamum in
mente Dei praeordinatum et ut transgressorem praecognitum
nego. Juxta Irenaeum scilicet Deus Adamum praedestina-
it, hoc est praemisit in mundum cum non ignoraret illum
re peccaturum, ut a spirituali ac secundo Adamo salva-
etur. Cum enim jam in Dei mente praeexisteret salvator
destinatus ac designatus, oportebat etiam illud fieri ac condi,
quod ab eo salvandum erat, ne superfluus et inanis evade-
ret salvator. Et vero non potest dici Christus ita prius in
mente Dei extitisse, quam Adamus creandus: hinc enim
sequeretur Christum venturum fuisse etiam ut salvatorem,
et in carne passibili, quamvis Adamus non peccasset, quod
repugnat, et Scotistarum opinionem evinceret.
33. Ad Tertullianum eadem viget distinctio. Christus scilicet
futurus jam erat homo ante Adamum creatum, non ante
Adamum creandum ac definitum. Nimirum Deus primo
[illegible] Adamum condere; 2do praevidit illius peccatum; 3tio
[illegible] decrevit mittere Filium suum decrevit; 4to cum
[illegible] Adami corpus formaretur, ad exemplum futuri

ch.

Rep.

ergo dicit Adam ita dispositus

Atqui Christus ut homo futurus

: Fulg.

Ad Irenaeum dico cum
distinct. Fuit Christum ante Adam
existentem praedefinitum fuisse
salvatorem concedo q.
Ante Adam in mente Dei q. nego

cum Adam praeexisteret in mente
Dei q.
destinatus erit salvator

Deus si ita q. repararetur q.

Ad Tert. similiter dico
cum Christus non esset homo
ante Ad. existentis
eorum Dei [illegible]

Christi corporis, Adami carnem effingere speciatim voluit.

Ad Argumentum ex s. Cyrillo desumptum, distinguo majorem: ut benedictio praedefinita, et praedestinata prior sit maledictione praevisa et actu illata, concedo; maledictione praevisa, nego majorem. et concessa minore, distinguo consequens ut majorem. Cyrillus ibi nihil aliud intendit, quam ostendere, Christum justè quidem a Deo praedefinitum ac praedestinatum fuisse, priusquam Adamus reipsa laberetur; sed ita tamen, ut ob praevisum eundem lapsum duntaxat praedefinitus ac destinatus fuerit: hic si itaque Cyrillum audimus, non alia de causa Deus mittendum decrevit Filium suum, quam ut esset, quemadmodum ipse affirmat // fundamentum instaurandae salutis nostrae per quod oportebat nos esse instructos per peccatum, ut per eum renovaremur in incorruptionem ... instaurationem vero ac secundum instaurationis, reductionisque ad incorruptionem eius (naturae humanae) quaerens, veluti radices et quasi fundamenta posuit Dei erit in Filio suo //. Haec autem perfecto significanter evidenter ostendunt, Christi Incarnationem ex lapsu humani generis apprime dependisse.

Ad s. Fulgentium denique quod spectat, respondemus, eum illud unum docere gratiam nempe quoad substantiam eandem necessariam fuisse tam Angelis, quam hominibus pro salute consequenda: at non eodem modo, et eodem auctore. Gratia enim collata Angelis fuit necessaria, ut primi atque constantes essent in bono; eisque collata est non ex meritis Christi sed ex pura Dei creatoris liberalitate. Contra gratia homini lapso data necessaria eidem fuit, ut ex Diaboli captivitate liberaretur atque ut a contracta infirmitate sanaretur: eique donata est ex meritis Christi. Haec est expressa Augustini sententia, a qua discessisse Fulgentium et Bernardum fidelissimos Augustini discipulos nemo sibi facile persuadebit. S. Bernardus praeterea in sermone feriae 4. majoris hebdomadae sic loquitur de Passione Christi: Nihil datum est, quod alteri dari non deberet. Numquid Angelo? Sed ille non eguit. Numquid Diabolo? Sed ille non resurget. Denique non in similitudinem Angelorum ... sed in similitudinem hominum factus est //.

Sect. 3. Urgent tandem plura argumenta a ratione petita. Et primo quidem si ex hominum peccatis suspensa fuisset Incarnatio, Adamus aliquo pluris gradu frueretur quam Christus acceptum referre non deberet. Sed hoc dici nequit: ergo

mai.

Ad Cyrillum antiquior sententia,
distinguo. benedictio praedefinita
originis, maledictione, praevisa
concedo
praevia nego
Explicatio Cyrilli

ex ore se explicantis

Ad Fulgentium
is ostendit gratiam, quoad substantiam
et Ang. et homini necessariam
non quoad modum, et eodem
auctore

Sic Aug.
a quo non discessit
Fulg. et Bern.

et Bern.

... ad verum
1. Adam frueretur

majus probatur. In hypothesi hac non haberet gratiam ex me:
ritis Christi, sed gratis ex liberalitate solius creatoris: ac pro:
inde merita ex illa gratia comparata non essent ex Redem:
ptionis ratione: sed meritis illis quae per peccatum morti:
ficata, quoniam postea revixerunt, aliquis gloriae gradus respon:
deret. Ergo. Ad 2dum: indignum videtur, Verbi Incarnationem de:
cerni propter hominem, et ejus Redemptionem dumtaxat; nam
quod perfectius est, decerneretur propter id, quod minus
perfectum est: magisque amasset Deus hominem, quam Chri:
stum; hic enim medium, ille finis fuisset. 3tio in hac sen:
tentia non salvatur quod Deipara a culpa originali fuerit
immunis; ipsa Domine et illud consequens est, quod de pec:
cato Adae gratiam obtinuit.

His omnibus breviter, atque ex ordine respondeo. Ad pri:
mum itaque nego majorem. Ad probationem distinguo mino:
rem. Meritis illis aliquis gloriae gradus respondet ope Christi
meritorum, quibus merita illa revixerunt, concedo: Christi me:
ritis prorsus exclusis, nego minorem. Adami merita in statu
innocentiae comparata non aliter coelesti beatitudine coronata
fuere, quam quod poenitentiae dono revixerunt. Sed poeniten:
tia peccatorum ex Christi meritis solum confertur. Nullo igitur
gloriae gradu certaminis sibi, quem Christo acceptum non
debeat referre.

Ad alterum nego assertum. Ad primam rationem adductam
respondeo absurdum esse decernere magis perfectum propter mi:
nus perfectum, si hoc tanquam finis ultimus constituitur; non
item si tanquam finis proximus, aut tanquam conditio sine
qua non decerneretur. Finis ultimus Incarnationis, rerumque
creatarum omnium solus est Deus; at illius finis proximus est
hominum redemptio: ut proximus sacramentorum finis est
hominum sanctificatio; quae cum redemptio tum san:
ctificatio tanquam ad finem ultimum ad Deum ordinantur.
Ad rationem alteram nego illud consequi. Incarnatio enim
non solum est medium ad hominis reparationem accom:
modatum, sed in seipsa etiam pluribus titulis est divini amoris
objectum: etsi igitur finis illius sit hominis redemptio, non
tamen ideo hanc ut illa Deus amare debuit.

Ultimum argumentum ad. 3ot dumtaxat in Virgine debitum
contrahendi peccatum, non originari peccati maculam, ideo:
que sententia nostra Deiparae dignitati non derogat, sed ma:

gis

Quia revixerunt meritis

dum. Ad indignum
decerni, ut per hominem,

3. quod Deipara a culpa
originali.
4. Adami de peccato.

Solv.

Ad 1am
Post lapsum medio
merita ... per Xtum

Ad 2.
indignum si minus perfectum
tanquam finis ultimus

sed hic est Deus

finis proximus Incarn. hominum
redemptio.
ut sacram. homi. sanctificatio
ultimus Deus.

Non ideo magis amasset Deum

3. ... probat debitum in Virg.
contrahendi culpam
non ipsam contrahere

gis in ea gratiarum privilegia radiat.

Ad ultimum dico, nobis non de peccato gloriandum, sed de bona misericordia, quae novit de malo tanta bona facere, tam quam feliciter cessit in communem utilitatem humani generis. Atque hoc sensu exultat Ecclesia vocibus illis: O felix culpa, quae talem ac tantum meruit habere Redemptorem. Sed haec sufficiant de quaestione tanto argumentorum apparatu, quamquam parum necessaria sit, a Scholasticis pertractata.

gloriandum de divina misericordia non de peccato.

Scholion. Plures aliae sunt quaestiones, quas hoc loco agitare solent Theologi praesertim antiquiores. Inter cetera illud quaerunt num ante, an post praevisum Adami peccatum absolute futurum Christus ut Redemptor praedestinatus fuerit. Verum quid nos hac de re sentiamus, jam satis constat ex doctrina quam in hoc capite stabilivimus. Quare quaestionem hanc cum aliis pluribus penitus omittimus, et illud unum paucis inquirimus, ad quaenam peccata delenda venerit Christus. Qua de re respondemus, Christum advenisse ad delenda omnia peccata tam originale quam ~~actualia~~ personalia. Venit enim, ut salvetur mundus per ipsum, inquit Joannes cap. 3. Ut vitam habeant, et abundantius habeant, inquit idem cap. 10. Ut nos redimeret ab omni iniquitate, inquit Apostolus ad Titum c. 2. Num autem principaliter venerit propter originale quam propter actualia: et an posito solo originali vel solis actualibus venturus fuisset, ex divinis litteris aut ex traditione circa hujusmodi controversias nihil certi definiri potest. Cabassutius pagina 193 censet propter utrumque peccatum tum originale tum actuale ex aequo venisse. Cum enim, inquit, venerit propter nos, et nostram salutem et utroque pariter pereant homines, propter utrumque pariter carnem induit, ita ut si alterutrum duntaxat extitisset, nihilominus Christus venturus fuisset. Inest autem, prosequitur, laudatus auctor, utrique generi sua peculiaris ratio. Peccatum enim originis latius patet, peccatum autem actuale (de lethali loquitur) ex sese gravius est. Hinc ergo latius omnes, illinc actualis noxa propius habuit aliquid, quod peculiari ratione Dei viscera commoverit. Sed nobis haec breviter attigisse sufficiat.

Quaeritur 1. num ante, vel post praevisum Adae peccatum.

2. ad quae peccata delenda venerit.

Caput VI.

De causa meritoria Incarnationis; ubi potissimum quaeritur num eandem sive quoad substantiam, sive quoad circumstantias Christus, Beata Virgo, vel veteres Patriarchae merito condigno, aut congruo impetraverint; et qua ratione Beata Virgo Mater Dei effici meruerit.

De causa finali Incarnationis disputatum est hactenus, nunc de causa meritoria tantisper est disserendum. Quaerimus vero imprimis num Christus vel, ac proxima ejus Mater, vel veteres Patriarchae, hypostaticam Verbi divini cum humana natura unionem quoad substantiam, videlicet merito condigno sive congruo promeruerint. Quaerimus deinde an eorum aliquis varia ejus unionis adjuncta et circumstantias promereri potuerit. Demum ad eam quaestionem examinandam accedemus, utrum Dei genitrix olim ratione divinam maternitatem meruerit. Ut vero quaestiones has accurate resolvere possimus, nonnulla quae de merito in tractatu de gratia divina tradi solent, hic attingere debemus.

Meritum itaque generatim nihil est aliud quam opus bonum ac dignum in ordine ad praemium. Duplex distinguitur, unum de ~~...~~ condigno, ~~alterum~~ de congruo. Meritum de condigno est illud ~~bonum~~ cui ex justitia merces et praemium debetur; ~~meritum vero de congruo illud est, cui ex quadam tantum decentia ac benignitate~~ seu ut ait S. Thomas, quando invenitur aequalitas inter praemium et meritum secundum rectam aestimationem. Ut autem hoc aequalitas habeatur requiruntur sanctitas in operante, libertas in opere, promissio et pactum in remunerante. Meritum vero de congruo vocatur illud, cui ex quadam tantum decentia ac benignitate merces redditur.

Incarnatio etiam spectari potest vel quoad substantiam, quae est Verbi divini cum humana natura hypostatica unio, vel quoad varias circumstantias, verbi gratia, tempus hoc vel illud, hanc vel illam originem, sine quibus Incarnatio esse non potest, interim ita praemissis statuimus. Primo

Prop

Quid meritum et quotuplex?

Quaeritur 1. num quoad subst. 2. num quoad circumst. 3. Num B. V.

Est duplex meritum;

Quid meritum de condigno, de congruo.

Incarnatio dupliciter spectatur.

Prop. 2. Nec humanitas Christi in priori naturæ instanti ad unionem, nec Christus ipse, aut quisquam alius hypostaticam Verbi cum natura humana unionem quoad substantiam quo Levium unquam merito promeritus est.

Probatur varios omnes primo communi argumento ex Scripturis. Sacræ literæ nuspiam nobis exhibent Incarnationem instar compensationis, mercedis, coronæ aut præmii. sed e contra tanquam opus summæ misericordiæ, ac charitatis, ut Lucæ 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri; in quibus visitavit nos oriens ex alto. Joannis 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Ad Ephes. 2. Deus autem qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo. Et denique ad Titum 3. v. 4. Benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. ergo &.

Probatur 2do ex Patribus. Et quidem instar omnium sit Augustinus, qui Enchiridii cap. 36. // Hic granditer inquit, et evidenter Dei gratia commendatur. Quid enim natura humana in homine Christo meruit, ut in unitatem personæ unici Filii Dei singulariter esset assumpta? Quæ bona voluntas? cujus boni propositi studium? Quæ bona opera præcesserunt, quibus mereretur iste homo ut una fieret persona cum Deo? // Libro autem de prædestinatione sanctorum cap. 15. // Est, inquit, præclarissimum lumen prædestinationis et gratiæ ipse Salvator, ipse mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui ut hoc esset, quibus tandem suis vel operum, vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo est, comparavit? Respondeatur quæso. Ille homo ut a Verbo Patri coæterno, in unitate personæ assumptus, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit? Quod ejus bonum qualecumque præcessit? Quid egit ante, quid credidit, quid petivit ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret // ? Nempe cum prius sit subsistere, quam operari juxta illud, actiones sunt suppositorum; antequam humanitas Christi divinitati uniretur, operari non potuit; siquidem anima Christi neque a corpore separata, neque corpori conjuncta vel minimo tem-

temporis articulo prius extitit, quam a Verbo assumeretur. Libro 2do de peccatorum meritis cap. 17. // Neque enim, inquit, et ipse ita Verbo Dei conjunctus, ut ipsa conjunctione unus Filius Dei, ut unus idem ipse Filius hominis fieret, praecedentibus suae voluntatis meritis fecit //. At ne subsequentibus quidem fecit: quod enim supponit jam aliquid existens, non est illius causa meritoria; alioquin idem esset sui ipsius causa, seque ipso simul prius et posterius.

3. lib. c. de peccatorum non merendis [illegible]

Generatim denique excludens Augustinus quodcumque meritum lib. de corrept. et grat. c. 11. // Ista nativitas, inquit, profecto gratuita conjunxit in unitate personae hominem Deo, carnem Verbo. Istam nativitatem bona opera secuta sunt, non bona opera meruerunt //. Et sermone 8. de verbis Apostoli // Eum de Coelo ad terram non merita nostra bona, sed peccata duxerunt //.

Generatim Aug. excludens quodcumque meritum.

Probatur 2do ratione theologica. Et primo quidem ut ait S. Thomas principium meriti non cadit sub meritum; alias enim idem esset meritum et praemium, causa et effectus, adeoque idem seipso prius et posterius: atqui unio hypostatica in Christo est principium et radix ~~[illegible]~~ omnium Christi et humani generis meritorum: ergo sub quodcumque meritum cadere non potest. 2do quod supponit aliquid jam existens, non est causa meritoria ut existat: atqui actus ~~[illegible]~~ meritorius unionis hypostaticae illam jam supponeret. Ut enim actus aliquis sit meritorius unionis hypostaticae debet esse infiniti valoris: atqui valor ille infinitus non habetur nisi ex hypostatica unione: ergo illam supponeret.

actus infinite meritorius requiritur.
hic supponit incarnat.

Object. 1.

Psalmo 44. v. 8. sic habetur de Messia: Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. Unde sic arguunt: unctio illa a Patribus intelligitur de unctione divinitatis, et ipsius cum humana natura conjunctione: atqui ejusmodi unctio dicitur esse concessa Messiae propterea quod dilexisset justitiam, et odisset iniquitatem; idest propter opera bona: ergo.

Obj. a Patribus intelligi de unctione divinitatis et ipsius conjunctione.

Distinguo minorem. Et vox propterea facit sensum illativum, et indicat finem, concedo; et vox propterea facit sensum causalem, et indicat meritum, nego minorem. Si cum Basilio

Resp.

idest ad hunc finem unxit te ut diligeres justitiam

Cyrillo, et Augustino per unctionem ipsa hypostatica unio sit accipienda, tunc vox illa propterea non causam meritoriam, sed finalem indicat, ut sensus sit: dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem propter hunc finem unxit te Deus. Quod si cum aliis × per unctionem intelligamus Christi divinitatis manifestationem, qualis contigit in ejus baptismo, aut etiam in resurrectione, tunc vox propterea causam meritoriam significat. Utramque interpretationem refert Angelius in hunc locum, nec alteram alteri praefert.

× praesertim divo Hieronymo, et Ambrosio

Object. 1. Apocalypsis 5. v. 12. Viginti quatuor seniores ita inducuntur loquentes: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem et divinitatem, et sapientiam et fortitudinem. Ergo Christi humanitas in divinae naturae consortium, et unam Verbi personam assumi ob suam passionem et mortem merita est.

Resp. Nego consequentiam. Divinitas hoc loco non significat naturae humanae una cum Verbo in unitate ~~naturae~~ personae conjunctionem, sed confessionem Divinitatis, et laudes divinitati debitas, quas viginti quatuor seniores versu sequenti ei offerebant dicentes: sedenti in throno et agno benedictio et honor et gloria et potestas in saecula saeculorum. Jesus Christus ante mortem suam non fuisset Deus.

Prop. 2da Christus de condigno; veteres autem Patriarchae de congruo duntaxat aliqua incarnationis adjuncta meruerunt.

Pars prima probatur enumeratione praecipuorum adjunctorum quae sibi Christus promeruit. Primo enim sibi meruit beatam immortalitatem, ut habetur Lucae 24. v. 26. Nonne haec oportuit ~~Christum~~ pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? 2do Nominis sui exaltationem, ad Philipp. 2. v. 8. Factus est obediens usque ad mortem: .. propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur &. 3tio Religionem et Divinum ubique cultum Apocalypsis 5. v. 12. Dignus est Agnus .. accipere divinitatem &. ut supra. 4to Ecclesiam gloriosam ad Ephes. c. 5. v. 27. Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum ~~tradidit~~ tradidit pro illa, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam

Christus sibi meruit beatam immortalitatem.

nominis exaltationem.

Religionem et divinum cultum

Ecclesiam gloriosam

aut

Portae inferi non praevalebunt

aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.
5to ejusdem Ecclesiae perennitatem. Isaiae 53. v. 10. si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevum.

Haec porro omnia ex condigno Christum meruisse inde patet, quod primo Christus liber fuit in suis actionibus, et eximia sanctitate praeditus, ut postea videbimus; 2do quia omnia illius opera sanctissima fuerunt, ut fluit ex primo. Tertio denique quia haec omnia, priusquam Incarnatio fieret, promissa fuerunt, sicut ex innumeris Prophetarum oraculis manifestum est. *

* Et erit in die ... gentes &c. et dicant venite ascendamus gloria tibi Domine &c.

Abraham, David, Daniel

Pars altera probatur. Abraham fide et obedientia sua meruit, ut Messias e stirpe sua oriretur; unde Genesis cap. 18. legimus: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. David ob mansuetudinem, et studium aedificandae domus Domini meruit, ut ex familia sua nasceretur. unde Psalmo 131. v. 11. dicitur: Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam; de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. + Daniel suis desideriis ac votis meruit contrahi Messiae adventum, cap. 9. v. 23. Ecce veni, ut indicarem tibi quia vir desideriorum es; ... septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum &c. Eodem referenda sunt vota illa ardentissima veterum Prophetarum, quae libro 1. cap. 6. recensuimus, quae non alia de causa facta esse credenda sunt, quam ex firma spe, quam habebant fore, ut Deus eorum intuitu Messiae adventum acceleraret, et copiosiorem Redemptionem efficeret. Ita denique meruit etiam Simeon sanctus senex, ut habetur Luca 2. v. 26. Meritum porro istud de congruo duntaxat fuit, non de condigno; quia nullum Deum inter et ~~homines~~ sanctos illos viros pactum intercessit. Hinc S. Thomas 3. p. q. 2. art. 11. "Ex congruo, inquit, meruerunt sancti Patres Incarnationem petendo et desiderando: congruum enim erat, ut Deus exaudiret eos, qui ei obediebant".

+ (quo quidem in loco de Christo sermonem esse patet ex Actorum 2. v. 30 ... (David) et ...

Propos. 3tia

Beata Virgo Maria de congruo meruit, ut Dei mater efficeretur.

Probatur primo ex scripturis. Lucae 1. v. 30. ingressus Angelus ad Mariam dixit: Ne timeas Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero et paries filium. Versu autem 45. Elisabet hisce verbis eam excitat: Beata

magnificat.

Deinde Luca c. 1. v. 48. Respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; quia fecit mihi magna qui potens est. unde ipsius Virginis testimonio.

ex Patribus

ecce ancilla Domini — ambros.

Epiph.

Hier.

Aug.

Ber. ex virginitate placuit, ex humilitate concepit.

que meruisti, quoniam perficientur ea, quae dicta sunt tibi a Domino. sed quae adeo fide excellit, tantamque apud Deum gratiam invenit, atque ita Deo placet, ut in Dei matrem assumatur; illa divinam Maternitatem de congruo meretur: ergo.

Probatur 2do ex Patribus qui scriptoris sunt luculentiores. Ambrosius lib. 1. de Virginibus // Maria inquit, digna extitit ex qua Dei Filius nasceretur //. Epiphanius haeres. 78. // Quomodo audent invetere impollutam Virginem, quae digna facta est tabernaculum fieri Filii Dei et electa ex multis millibus, quod vas et habitaculum dignum esset //. Hieronymus epist. 1. ad Eustochium // Tantae puritatis Maria extitit, ut mereretur esse mater Filii Dei //. Sanctus Augustinus denique serm. 20. de Natali Christi // Talis eligitur virgo, de toto sibi et mundo, quae tantum haberet meritum ut Dei Filium in semetipsam susciperet //. Similia habent Joannes Damascenus lib. 4. de orthodoxa fide cap. 15., Anselmus de excellentia B. M. Virginis cap. 9. et alii Patres; quibus consentit Ecclesia dum canit: quia quem meruisti portare: ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur.

Obiect.

Ad meritum stricte sumptum, uti et congruum dumtaxat requiritur, ut opus vel ex interna sua bonitate, vel ex operantis intentione ad obtinendum praemium referatur: atqui sanctissimae Virginis Mariae opera neque ex interna ipsorum bonitate, neque ex illius intentione ad divinam Maternitatem erant ordinata; ergo Maria Virgo suis operibus ne de congruo quidem Dei Maternitatem promeruit.

Resp. Non immerito negare possem primam partem minoris. Virginis enim opera in seipsis considerata tanta fuerunt excellentia, ut inde caeteras mulieres longissime superarit. Atqui maxime decebat, ut omnium mulierum praestantissima in matrem Filii Dei eligeretur: ergo erat maxime congruum ut eidem divina conferretur Maternitas. Caeterum nihil est, cur acriter contendamus, num merito stricte accepto vel lato sensu considerato sibi Virgo tantum promeruerit bonum. Satis nobis est vera aliqua ratione dici posse, hoc promeritum esse; ~~Quo~~ quod Ecclesia et Patres constanter affirmarunt.

Inst. Quod Beata Virgo non meruit, quod ei Deus dare decreverat, antequam ejus merita praeviderit: sed ante omnia ejus merita praevisa decreverat illam in Verbi matrem assumere ergo &.

Resp.

Nego majorem. Nonne enim cœlestem beatitudinem vere ac proprie meremur, quamvis ante meritorum previsionem ad eam prædestinati simus? Alius nempe est ordo intentionis, alius ordo executionis, ut anno elapso de prædestinatione agentes monuimus. Concludimus itaque cum Venantio Fortunato libro de æternis gaudiis:

// Virginitas felix, quæ facta est digna Tonantis,
Quæ meruit Dominum progenerare suum //.

Liber III.

De duabus Christi naturis, et hypostatica earum unione.

Caput I.

De divina Christi natura.

Hostes refellendi.

// Error Hæreticorum de Christo, ait S. Augustinus libro I. qq. Evangeliorum q. 45. tribus generibus continetur: aut enim de divinitate, aut de humanitate, aut de utroque fallantur //. Primi porro, qui Christum merum fuisse hominem asseruerunt, ejusque divinitatem inficiati sunt, fuere Judæi, qui, ut ait S. Athanasius de sententiis Dionysii, // arbitrantur Christum merum hominem ex Davidis tantummodo stirpe descendere, quemadmodum ceteros ex eodem Davide prognatos filios: at vero neque esse Deum ipsum neque Verbum carnem esse factum credunt //. Ex Christianis deinde non pauci fuerunt, quibus Judaica nec vestigia adhæsit. Accusant hoc nomine Carpocratem, Cerinthum et Ebionem in suis, quos de hæresibus conscripserunt, libris Irenæus, Epiphanius, Philastrius, Augustinus, Theodoretus. Clemens item Alexandrinus lib. 3. stromatum, Tertullianus libro de præscriptionibus cap. 14., qui de Joanne Evangelista hæc habet: // Novissimus omnium scripsit Evangelium adversus Cerinthum, aliosque hæreticos; et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non extitisse //: et cap. 33: // Ebion, inquit, nudum

Primi Judæi, qui teste Athanas. 3.

2. ex Christianis

Tertull. de [illegible]

no:

hominem, et tantum ex semine David natum, non item et Dei Filium constituit Jesum //.

Ebionitarum sectam ab Artemone instauratam refert Theodoretus lib. 2. de haeresibus cap. 2. Eusebius Historia lib. 5. cap. ultimo, et Epiphanius haeresi 65. Eandem promovere duo Theodoti, quorum primus Byzantinus arte coriarius, Christum, ut perhibet Tertullianus de haeresibus cap. 53. hominem tantummodo dixit Deum autem illum negavit. alter argentarius, eodem Tertulliano teste ibidem cap. 53. Melchisedecho inferiorem esse putavit. His accensendus est Paulus Samosatenus, qui teste Eusebio lib. 7. cap. 30. // Filium Dei e caelo descendisse nobiscum confiteri renuit dicens, Jesum Christum e terra ortum fuisse // Photinus quoque, qui referente S. Leone serm. 4. de Nativit. ~~Domini~~ Christi // verum, et substantiae nostrae confessus est hominem, et eundem Deum de Deo ante omnia saecula genitum esse non credidit //. Denique illi omnes, qui cum Arianis, et Socinianis Dei Verbum verum Deum esse negarunt, quosque in tractatu de Deo [illegible] cum de persona Verbi ejusdemque divinitate ageremus, retulimus. Horum omnium impietatem, qui Religionem Christianam a fundamentis convellere tentant, sequenti propositione impugnandam ~~[illegible]~~ aggredimur.

Theodotus ab Artemone instauratus.

Duo Theodoti — Byz. arg.

Paulus Samosatenus

Leo

Photinus

Ariani, Sociniani.

Propositio. Christus verus est Deus, et ejusdem cum Patre secundum divinitatem natura, atque substantia.

Prob. Qui in sacris litteris veri Dei nomine insignitur; verus praeterea et proprius Dei filius nuncupatur; eandem insuper cum Patre naturam ac potestatem habere dicitur; qui denique probante Patre se verum Deum passim profitetur; eum profecto et verum Deum et Patri secundum divinitatem consubstantialem esse oportet. Sed ista omnia de Domino nostro Jesu Christo locis innumeris sacrae litterae disertissime testantur. ergo Christus verus est Deus, et ejusdem cum Patre secundum divinitatem natura atque substantia.

Major continet characteres, quibus S. Hilarius adversus Arianos probat, Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum esse, et ejusdem cum Patre secundum divinitatem naturae atque substantiae. Ait enim lib. 7. de Trinit. // Deum Dominum nostrum his modis novimus, Nomine, Nativitate, Natura, Potestate, Professione // Nec luculentiora alia divinitatis argumenta requirere a nobis Sociniani poterunt [illegible]. Minor vero

pro-

propositio singillatim secundum omnes suas partes ex sacris literis cumulatissime probatur.

Argumentum primum ex Nomine. Et quidem primum hoc argumentum de Nomine Dei Christi etiam proprio validissime urgetur adversus Socinianos, qui nostrorum omnium adversariorum captiosissimi sunt, ex collatione veteris testamenti cum novo. Isaias itaque cap. 6. v. 1. et seqq. sic loquitur. In anno, quo mortuus est Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum: et ea, quae sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex alae uni, et sex alae alteri: duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant: et clamabant alter ad alterum, et dicebant: sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria ejus... Regem Dominum exercituum vidi oculis meis... Et audivi vocem Domini dicentis: quem mittam, et quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, et dices populo huic: audite audientes, et nolite intelligere: et videte visionem, et nolite cognoscere. Excaeca cor populi hujus, et aures ejus aggrava: et oculos ejus claude; ne forte videat oculis suis, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum. In hoc testimonio Isaias de veri nominis Deo loquitur. Nam et Dominum, et Jehova, et Deum exercituum appellat: eidem praeterea solium excelsum, templum, et Seraphinorum obsequium faciei suae coram eo velantium et ter sanctum acclamantium attribuit. Sed haec de Christo dicta esse testatur Evangelista Joannes cap. 12. v. 37. et seqq.: inquit enim: cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Isaiae Prophetae impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: excaecavit oculos eorum et induravit cor eorum, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos. Haec dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo. Verumtamen et ex Principibus multi crediderunt in eum. Ex quibus sic arguo. Ille, quem vidit Isaias, fuit veri nominis Deus ut patet ex contextu, et fatentur Sociniani: atqui Isaias vidit Christum

Expendemus primum argum. ex nomine contra Socinian. ex collatione utriusque Test.

Isti certe Isaias de vero nominis Deo loquitur

Joan. 12.

Sic usque 0.

Filium Dei, ut patet ex allato Joannis testimonio: ergo Christus Filius Dei est veri nominis Deus.

perperam Sociniani &c

cum antecedentia et consequentia [illegible]

Neque hujus argumenti vim eludere possunt Sociniani, referendo verba illa [Joannis] vidit gloriam ejus non ad Christum, sed ad Patrem aeternum: cum enim et quae praecedunt et quae consequuntur, locutus est de eo, et multi crediderunt in eum, ad Christum pertinere non ambigant; nullo sane jure, nulla [illegible] coherentia propositionis illius, haec dixit Isaias quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo, parte priore Patrem aeternum; posteriore vero Christum demonstrari contendunt. Deinde si Joannes per gloriam ejus non intellexit gloriam Christi, sed Patris aeterni; ipsius observatio ad rem nullatenus facit: non enim agebatur de Patre aeterno, quem agnoscebant utique Judaei, sed de Christo, in quem non credebant. Quorsum igitur Evangelista a proposito aberrans non opportunam de Patre mentionem inseruisset? Sed illud etiam advertendum est, cum alii Evangelistae de hac gloria, quam vidit Isaias, taceant, solum Joannem eandem inculcare: novimus porro Joannem non Patris, sed Christi gloriam quavis data occasione perpetuo celebrare. [Ita cap. 1. v. 14. Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, et alibi saepissime.]

Levis observatio Joannis non facit ad rem

[illegible] Joannem Christi gloriam celebrare

Simile prorsus huic argumentum erui potest ex Isaia cap. 8. v. 13. et seqq.: de veri enim nominis Deo loquitur, dum ait Dominum (Jehovah) exercituum sanctificate, ipse pavor vester, et ipse terror vester, et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, et in petram scandali duabus domibus Israel, et in laqueum et in ruinam habitantibus Jerusalem. Sed haec secunde de Christo exponit Petrus I. epist. cap. 2. v. 6. Per Jesum Christum, inquit, propter quod continet scriptura: ecce pono in Sion lapidem summum angularem... hic factus est in caput anguli, et lapis offensionis et petra scandali his, qui offendunt verbo. Paulus item ad Rom. cap. 9. v. 33. Offenderunt enim (Israelitae) in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali: et omnis qui credit in eum non confundetur. Christus ergo est veri nominis Deus.

Petrus de Christo exponit.

et Paulus Rom.

Eadem ratione arguere licet ex Zacharia capite 12. v. 10. Verba enim illa veri Dei Jehovae: effundam super domum David et super habitatores Jerusalem spiritum gratiae, et precum. et aspicient ad me, quem confixerunt; haec inquam verba Joannes Evangelii sui capite 19. v. 36. Christo attribuit:

[illegible] ex Zacharia

[illegible]

post

facta sunt haec inquit, ut scriptura impleretur, os non comminue-
tis ex eo: et iterum alia scriptura dicit: videbunt in quem trans-
fixerunt.

Tandem, ut alia praeteream, idem argumentum erui potest
ex Malachia capite 3. Deus enim, qui v. 1. Jehova appellatur
ita loquitur: Ecce ego mitto Angelum meum, et praeparabit vi-
am ante faciem meam, et statim veniet ad Templum sanctum
suum Dominator quem vos quaeritis, et Angelus testamenti, quem
vos vultis: ecce venit dicit Dominus exercituum. Angelus por-
ro hic Joannes Baptista fuit juxta illud Zachariae, patris
ejusdem apud Lucam cap. 1. v. 76. Et tu, puer propheta Al-
tissimi vocaberis. praeibis enim ante faciem Domini pa-
rare vias ejus. Christus igitur, qui ante faciem suam
praeparaturum vias Joannem misit, quoniam Jehova, Domi-
nus templi, Dominator Israel, Dominus exercituum dici-
tur, veri nominis Deus revera fuit. His accedit testimoni-
um Jeremiae capite 23. v. 5. ; ex quo idem eruitur.

Haec omnia mirum in modum confirmantur ex novi Testa-
menti paginis in quibus Christus aperte Deus Θεός, et ὁ Θεός
nominatur. Prae ceteris omnibus testimoniis illud est longe
celeberrimum, a quo Joannes Evangelium suum exorsus est.
In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et
Deus (graece Θεός) erat Verbum. Hoc erat in principio
apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt... Et Verbum caro fac-
tum est, et habitavit in nobis. Verbum hoc caro factum
utique Christus est: atqui Verbum hoc Θεός, Deus dicitur;
nec unquam scriptores novi testamenti, quum ex propria
sententia loquuntur, nomen hoc Deus cuiquam nisi vero ac
summo Deo attribuunt. Christus ergo et dicitur, et est verus
Deus. Contortas Socinianorum interpretationes, quibus Evange-
lista verba in alienum sensum trahere nituntur, in tractatu
de Deo, cum de Verbi divinitate ageremus, rejecimus.

Atque validum pro Christi divinitate argumentum suppeditant
ea, quae de Israelitis loquens Apostolus Paulus ad Rom. cap. 9.
v. 5. habet: Ex quibus, inquit, est Christus secundum carnem
qui est super omnia Deus benedictus in saecula: amen. Primo
cum in hoc testimonio Christus singulari numero, et sine ulla
restrictione Deus dicitur, qua ratione solus veri nominis Deus

in

ex Malachia de praecursore

confirmantur haec ex N. T.

scriptores novi foederis Θεός non in persona propria loquuntur semper sed Deo tribuunt

in novo foedere vocatur. 2do nomini Θεός articulus ὁ praefigitur; in quo maximam vim ponunt Sociniani. 3tio dicitur Deus super omnia, idest summus ac supremus Deus, ut designatur aeternus Pater ad Ephes. 4. v. 6. unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes etc. 4to nominatur Deus benedictus, quod est summi Dei elogium Marci 14. v. 61. Tu es Christus filius Dei benedicti. 5to additur in saecula, ut de vero ac summo Deo, 2da ad Cor. cap. 11. v. 31. Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in saecula. 6to apponitur clausula amen, ut supremus Deus designatur a divo Paulo ad Rom. 1. v. 25. servierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. amen. 7mo denique limitatio illa secundum carnem utramque naturam exprimit, divinam et humanam, prout ipse totius contextus, et ea quae sequuntur accurate perpendantur. Errant igitur turpissime Sociniani contendentes, Christum hic dici Deum super omnia, sed cum restrictione, nempe super omnia creata. Errat turpissime Erasmus asserens, contra atque series verborum, et res ipsa postulat, verba priora ex quibus est Christus secundum carnem, ad ipsum Christum, caetera vero ad Patrem esse referenda.

Errat turpiss. Erasmus

Argumentum 2dum ex Nativitate. Christus verus, proprius ac naturalis Dei filius est: sed verus, proprius ac naturalis Dei filius Deus est: ergo Christus verus est Deus. Major probatur ex scriptura. Psalmo 2. v. 7. de Christo dicitur. Dominus dixit ad me. filius meus es tu; ego hodie genui te. Quod quidem Christo attribuit Apostolus ad Hebraeos 1. v. 1. et seq. ubi ait. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit haeredem universorum, per quem fecit et saecula. qui cum sit splendor gloriae, et figura substantiae ejus portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius prae illis nomen haereditavit. cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? et rursum: Ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in filium? Et ad Rom. cap. 8. v. 32 de Patre dicitur: Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De eodem Christo Joannis [illegible] v. 15 [illegible]

validissimum est etiam argumentum 2dum ex nativitate: verus proprius ac naturalis Dei filius Deus est: sed talis est J. C. ergo

observa Prof. et Ap. P. ad Hebr.

ad Rom. [illegible]

Deum nemo vidit unquam; Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. et in epist. 1. c. 5. v. 20. Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus et vita aeterna. Solo capite 14. sui Evangelii Joannes Christum quinquies vocat unigenitum, et ultra vigesies Patrem nominat.

Jam hujusmodi nomina eis, aliisque hujusmodi Christus modo quodam excellentiore, qui Angelis hominibusque justis attribui nequit, Dei Filius dicitur; vocatur proinde proprius, unigenitus, qui in sinu Patris existit, et ejus substantiae figura est; denique veri Dei verus Filius, ac simul verus Deus et vita aeterna. talis igitur revera esse dicendus est, non vero adoptivus duntaxat ~~...~~ ascititius et improprius. Characteres enim isti filiis adoptivis, cujusmodi sunt homines sanctitate et justitia insignes, minime competunt. Adde Joannem capite 5. v. 18. ex eo, quod Christus Patrem suum diceret Deum, ~~aequalem~~ inferre Christum aequalem se facere Deo: Quaerebant eum Judaei interficere, quia... Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo. Hinc Hilarius de Trinitate lib. 5. num. 15. "Non, inquit, naturalis nativitas non est, ubi per nomen Patris proprii naturae aequalitas commonstratur"? Et iisdem lib. 7. "Intelligentia istud humana sensum excludit, ut aliquid a natura originis suae nascendo diversum sit; et cum haec in corporalibus causis ita sint, quis rogo furor est nativitatem Unigeniti Dei ad degenerem ex Deo referre naturam"? Augustinus vero in traditione symboli sermone 1. "Si filium unicum (credimus); ergo Patri aequalem: si filium unicum: ergo ejusdem substantiae, cujus est Pater: si filium unicum: ergo Patri coaeternum". Eodem pacto ratiocinantur Judaei Joannis 5. v. 18. et Matthaei 26. v. 63. et alibi

Argumentum 3ium ex natura. Proprietates et operationes solius naturae divinae proprias sacrae literae Christo attribuunt; atque ~~...~~ eam ipsam naturam divinam: ergo docent Christum verum Deum esse. Antecedens probatur. Et primo quidem aeternitatem Christo tribuit Michaeas cap. 5. v. 2. Egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis. Joannes cap. 1. sui evangelii. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et

Deus

Joan. 1. v. 18. et in aliis

observa duo nomina filiationis Christi et inde collige non esse adoptivum f. sed naturalem filium +.

Adde Joan. 5. v. 18. ex eo quod Patrem suum diceret Deum Patrem ... vide Hilar.

Aug.

Argumentum 3 ex natura

Primo aeternitatem

Deus erat Verbum: hoc erat in principio. Eandem sibi vindicat Christus ipse Joannis 8. Antequam Abraham fieret, ego sum et cap. 17. Clarifica me Pater apud temetipsum claritate quam habui prius, quam mundus fieret apud te. Eandem Christo adscribit Apostolus ad Hebraeos cap. 13. Christus heri, hodie, et in saecula.

immensitatem q.
est apud Deum: Deus utique.

Immensitatem tantam, quantam habet Pater Christo tribuit Joannes testimonio supra adducto, in principio erat Verbum q. nec non eodem capite 1. v. 18. dum inquit: Unigenitus qui est in sinu Patris. Christus ipse adhuc in terris constitutus Joannis 3. v. 13 de se ipso testatur: Nemo ascendit in Caelum nisi qui descendit de Caelo Filius hominis qui est in Caelo. Immensitas enim in scripturis sacris exprimi solet per simultaneam Dei existentiam in Caelis, et in terra juxta illud Psalmi 138 Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam. Si ascendero in Caelum tu illic es: si descendero in infernum ades. et Deuteronomii 4. v. 39 scito quod Dominus ipse sit in Caelo sursum, et in terra deorsum.

Christus ipse

Immutabilitatem eidem adscribit Apostolus Hebraeor. 1. v. 10. Ipsi (Caeli) peribunt, tu autem permanebis... velut amictum mutabis eos; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Quibus accuratissime describitur immutabilitas soli Deo propria.

immutabilis
Caelum et terra transibunt

Omniscientia Christo tribuitur Lucae 6. v. 8. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. Joannis 21. v. 17. Domine tu omnia nosti. Apocalypsis 2. v. 23. Et scient omnes Ecclesiae, quia ego sum scrutans renes et corda. Quam quidem scientiam Dei solius esse propriam docemur 1. Regum 16. v. 7. Homo videt ea, quae parent; Dominus autem intuetur cor; aliisque innumeris scripturarum locis.

Omnipotentia Christo tribuitur Sapientiae cap. 18. v. 15 Omnipotens sermo tuus: tum Apocalypsis 1. v. 8. Qui est, qui erat, et qui venturus est omnipotens. Ex hoc autem fonte manant operationes solius Dei propriae, quae passim Christo tribuuntur. Manat creatio, quae Christo tribuitur Joannis 1. v. 3. omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. Conservatio ad Colossenses 1. v. 17. omnia in ipso constant; et ad Hebraeos 1. v. 3. portans omnia verbo virtutis suae. Concursus Joannis 15. v. 5. sine me nihil potestis facere.

Hinc operationes solius Dei propriae
creatio
conservatio
concursus

Supre-

Suprema majestas cultu adorationis digna illi tribuitur ab Apostolo Rom. 14. v. 10. Omnes stabimus ante tribunal Christi: scriptum est enim: vivo ego dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu et omnis lingua confitebitur. Quae Apostolus ex Isaia traduxit, qui cap. 45. v. 24. ait: mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua. Ad Hebraeos 1. v. 6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: et adorent eum omnes Angeli ~~eius~~ Dei. Quae desumpta sunt ex Psalmo 96. v. 7. Confundantur omnes qui adorant sculptilia.. Adorate eum omnes Angeli Dei.

Suprema maiestas illi tribuitur

Sed ipsa etiam Dei natura Christo expresse tribuitur Joannis 10. v. 30., ubi inquit Christus: ego et Pater unum sumus. Et capite 14. v. 9. Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum. Quomodo tu dicis: ostende nobis Patrem? Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? et cap. 16. v. 15. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Apostolus vero de Christo utique loquens ad Colossenses 2. v. 9. ait: In quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

Sed ipsa natura divina

Insigne etiam in hanc rem est illud Apostoli ad Philippenses 2. incipiendo a v. 5. ubi ait: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo humiliavit semetipsum. Ex quo cum Joanne Chrysostomo, Basilio, Gregorio Nazianzeno, Athanasio, Tertulliano, Epiphanio, Hilario, et aliis sic argui potest. Christus juxta hunc Pauli locum ita in forma Dei fuit, quemadmodum fuit in forma hominis: sed in forma hominis ita fuit ut verus fuerit homo: ergo ita fuit in forma Dei ut fuerit verus Deus. Audiatur Chrysostomus homil. 6. in epistola ad Philipp. in qua Arium sic compellat: „Dic mihi quid est hoc; formam servi accepit? Homo factus est, inquis: ergo et in forma Dei existens Deus erat: nam et hic et illic nomen formae ponitur. Si hoc verum, certe et illud: forma servi est natura homo ergo etiam Dei ~~est divinitas~~ natura est Deus„. Reliqua argumenta quae ex hoc testimonio eruunt pro Christi divinitate, legantur in eruditissima dissertatione eminentissimi Francisci Hori Boroniae nuper

Insigne arg.

atque cum Patribus

Christus in forma Dei ut in forma hominis

Christ.

edita

Arg. 4. Christus amplissimam sibi vindicat potestatem.

edita, in qua constantem ss. Patrum traditionem se usus diversasque adducti testimonii versiones expenderis; inde invictissima argumenta ad Christi divinitatem comprobandam desumit contra auctorem Lexici Philosophici hunc Apostoli locum respuentis.

Argumentum 4um ex Potestate. Et quidem Matthaei 28 divina potestate et auctoritate se donatum esse Christus fatetur. Data est, inquit, mihi omnis potestas in Caelo, et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Ubi sane tanta se praeditum esse potestate docet, quanta est Patris, cum suo nomine quam Patris nomine conferri velit baptismum, gratiam, et remissionem peccatorum, quae sunt Dei propria.

Quod est solius Dei proprium

Ego sum ipse, inquit Deus Isaiae cap. 43. v. 25. qui deleo iniquitates: et Psalmo 83. v. 12. gratiam, et gloriam dabit Dominus. Potestatem hanc expresse rursus sibi vindicat Christus Luc. 5. Cum enim dixisset Paralytico: homo, remittuntur tibi peccata tua: coeperunt cogitare scribae, et Pharisaei dicentes: quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Ut autem cognovit Jesus cogitationes eorum dixit ad illos: quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata an dicere surge et ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait Paralytico:) tibi dico surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et confestim consurgens coram illis tulit lectum, in quo jacebat. et abiit in domum suam magnificans Deum.

[illegible] sibi vindicat [illegible]

Gratiam conferre s. Paulus Patri ac Filio docet esse commune ad Rom. 1. v. 7. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo. Vitam aeternam suis ovibus se dare Christus affirmat Joannis 10. v. 28. Ego vitam aeternam do eis. Id ipsum docet etiam Petrus Actor. 15. v. 11. Per gratiam Domini Jesu.. credimus salvari, [illegible] illi. Paulus ad Titum cap. 2. v. 13. expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Paulus Christo [illegible] [illegible] vitam aeternam salutem.

Argumentum 5um ex Professione. Christus se verum ac naturalem Dei Filium esse, cum saepe alias, tum imminente morte professus est: ergo pro tali reipsa habendus est. Antecedens probatur. Marci 14. v. 61. summus sacerdos interrogabat eum et dixit ei: Tu es Christus Filius Dei benedicti? Jesus

Arg. 5. Christus se naturalem Dei filium [illegible] [illegible]

autem

autem: dixit illi: ego sum. et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait: quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis; dicentes, ut refert Joannes cap. 19 v. 7. Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Lex autem juxta quam eum mori debuisse contendunt, est Deuteronomii 6. v. 4. Audi Israel, Dominus Deus noster Dominus unus est. Ex his porro sic arguo. Christum talem se Dei filium professus est, qualis num esset interrogabatur a summo Pontifice, qualem se profiteri summo sacerdoti blasphemum, Judæis sacrilegum et unitati divinæ oppositum videri poterat: atqui summus Pontifex, eum interrogavit, num esset filius Dei naturalis; se filium Dei naturalem profiteri summo sacerdoti blasphemum, Judæis sacrilegum et unitati divinæ oppositum videri dumtaxat poterat; non autem se profiteri adoptivum Dei filium, quales Judæi etiam se esse jactabant, cum Patrem se habere Deum dicebant. Ergo Christus se verum ac naturalem Dei filium eo citato professus est.

Quod hic Christus se ipsum tam aperte confessus est, illud ipsum æternus Pater etiam sæpe testatus fuit. Baptizato enim Christo ~~[illegible]~~ apud Matthæum cap. 3. v. 17. Ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi ~~bene~~ complacui. ~~ipsum audite.~~ Cum transfiguratus esset ante discipulos suos, rursus capite 17. v. 5. Ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Accedit quod Deus Pater omnem Christi doctrinam et imprimis hoc de illius divinitate dogma, totius illius prædicationis fundamentum, tot miraculis comprobavit, quot in toto vitæ suæ mortalis cursu ipse Christus edidit: ea enim cum totius naturæ vires excederent, nonnisi Dei virtute fieri potuerunt. Omnia rursus in Christi morte confirmavit, dum ad ostendendum horrendum Judæorum Unigenitum suum interficientium facinus, solem tenebris obduxit, petras et velum Templi discidit, terramque commovit: nec unquam deinceps portentis ac virtutibus desiit illustrare. Quamobrem jure merito concludere possumus cum Ricardo a S. Victore lib.

Unde sic arguo.
Xtus se talem Dei filium fecit, qualis num esset interrogabatur, qualem se profiteri [illegible] sacrilegum et unitati Dei oppositum

Assumpsit Jesus Petrum et Jacobum et Joannem et duxit eos in montem excelsum, et transfiguratus est ante eos.. et ecce apparuerunt Moyses et Elias loquentes cum Jesu..

vox 3

Deus Pater confirmavit doctrinam Xti et [illegible] illius divinitate [illegible] quæ cum naturæ vires excedant, Dei virtute [illegible]

in morte omnia confirmavit
sol obscuratus velum templi scissum est [illegible] petræ scissæ sunt
[illegible]
[illegible]

libro 1. de Trinit. cap. 12. "Domine si error est, a te decepti sumus. Ista enim nobis sunt tot signis et prodigiis confirmata, quae nonnisi per te fieri potuerunt".

Pauca sunt haec, quae ad Christi divinitatem comprobandam ex innumeris, quae afferre potuissemus, selegimus. Hic omittimus constantem Patrum omnium traditionem, Conciliorum definitiones, ac totius Ecclesiae fidem: ~~quae~~ haec enim argumenta cum de divini Verbi divinitate ageremus, in tractatu de Deo anno elapso protulimus. Nunc adversariorum objectiones audiamus.

Object. 1. Opponunt itaque primo contra primum, et ultimum conclusionis argumentum: Si quando Christus in Scripturis Deus appellatur, id metaphorice et per nuncupationem accipiendum est: ergo &c. Antecedens probatur. Non alio sensu Christus dicitur Deus, atque Moyses Exodi 7. v. 1. constitui te Deum Pharaonis; et Judices Psalmo 81. Dii estis vos: aut mundi hujus princeps 2 ad Corinth. cap. 4. v. 4. Deus hujus saeculi excaecavit mentes infidelium: quemadmodum igitur isti nonnisi per nuncupationem Dii appellantur; ita etiam Christus appellari Deus per nuncupationem censendus est. Consequentia probatur. Profecto cum Christus Joannis 10. asseruisset Deum suum Patrem, et se cum Deo Patre unum esse, ego et Pater unum sumus; hisque offensi Judaei sustulissent lapides, quibus tanquam blasphemum obruerent; Christus ut injectam blasphemiae suspicionem averteret, quo sensu se Deum dixerit mox explanat, in sui defensionem productis Psalmi 81 verbis: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dii estis? si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, et non ~~potest~~ ~~solvi~~ scriptura: quem Pater sanctificavit et misit in mundum vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi Filius Dei sum? Ergo ut quidam Christum alii metaphorice et appellative Dii dicti sunt, ita prorsus, eodemque sensu se Christus Deum dixit.

Resp. Nego antecedens. Ad probationem nego iterum antecedens. Locus in novo Testamento adduci nullus potest, ubi singulare Dei nomen alteri quam vero Deo tribuatur. Illud certe quod loco ultimo refertur ex 2da ad Cor. 4 de vero Deo, transpositis nonnihil vocibus cum S. Augustino lib. 21 contra Faustum capite 2do intelligi potest nimirum Deus excaecavit mentes infidelium hujus saeculi. Quod vero Moysen, et Judices attinet, qui Deorum nomine lege veteri appellantur, divus Hilarius lib. 7. de Trinit. dudum respondit. "Non

Obj. 1. ~~Deus~~ Christum ex scripturis metaphorice Deum dici, ut Moyses et Judices.

Adducis cum dixisset Christus ego et Pater unum &c.

Resp. nullibi in novo Testam. singulare Dei nomen alteri quam vero Deo tribui.

Locus ad Cor. non obstat.

Duo alii textus cum Hilario.

41

est, inquit, hic (in citatis Joannis verbis et Deus erat Verbum) deputatae, aut assumptae nuncupationis relicta suspicio, ut ei, quod Deus est, non ex natura sit nomen. Respice ad ceteras aut deputativas, aut assumptivas appellationes. Ad Moysen dictum est; dedi te deum Pharaonis: sed numquid non adjecta nominis causa est, cum dicitur deum Pharaonis? ... Moyses Pharaoni deus datus est ... et aliud est deum dari, aliud est deum esse. In Pharaonem enim deus datus est: ceterum non ei est natura, sed nomen ut deus sit. Memini quoque et alterius nuncupationis, ubi dicitur, ego dixi: dii estis; sed in eo indulti nominis significatio est: et ubi refertur: ego dixi, loquentis est potius sermo, quam rei nomen ... At vero hic Verbum Deus est, res existit in Verbo, Verbi res enunciatur in nomine; Verbi enim appellatio in Dei Filio de sacramento Nativitatis est =.

Ad confirmationem respondeo, Christum illis verbis ex Psalmo 81. depromptis testatum a se prius divinitatem non contrahere, sed eam mere argumentum a minori ad majus instituendo, quasi diceret: si puri homines, quales erant judices Israelis ob eorum auctoritatem a Deo acceptam Dii vocati sunt; quanto magis ego, aeterni Patris Filius, ab eo sanctificatus (per aeternam generationem ut plures cum Augustino interpretantur; seu per unionem hypostaticam ut docet Chrysostomus, Athanasius et Hilarius) et ab eo missus in mundum vocandus sum Deus? Cujus quidem interpretationis triplex est ratio. Primo quia enuntiata Deitati ibidem ipsius, eandem confirmans ita prosequitur v. 37. si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. si autem facio: et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia Pater in me est, et ego in Patre. Quae verba juxta Augustini, Cyrilli, aliorumque expositionem eundem sensum continent, ac illa versus 30. Ego et Pater unum sumus. 2do quia etsi Judaei probe intellexissent verba Christi priorem exponenti, nihil tamen inde sanatiores facti v. 39. quaerebant eum apprehendere et ipse exivit de manibus eorum. 3tio quia si Christus Deus non esset, animadvertens pessimum errorem ex doctrina sua subortum, illum ex ipsorum animis sollicite exemisset, praecisis verbis respondens non sum Deus; sicut fecit Joannes Baptista dicens: non sum Christus. Joannis capite 1.

Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem deos dijudicat

... ego dixi ...
... ...
... ...

Quod ita sit triplex ratio.

1. quia ... confirmans ...

2do quia ... ...

3tio quia si Christus Deus non esset ... ...

opp. divi Thomae Joan[nis] ad Patrem referen[dum] quasi diceret

ut etiam illud Joannis

Objec. 2. Testimonium illud divi Thomae apud Joannem 20. v. 28. Dominus meus, et Deus meus non ad Christum sed ad Patrem est referendum. Admiratus enim Christum redivivum a mortuis surrexisse per exclamationem ea protulit, quasi diceret: o bone Deus! quid video? Ad Patrem quoque pertinent illa verba primae epistolae s. Joannis cap. 5. v. 20. Hic est verus Deus, et vita aeterna. Neque enim pronomen hic semper eum spectat de quo proxime facta est mentio, ut patet ex illo epist. 2dae ejusdem Joannis v. 7. Multi seductores exierunt in mundum qui non confitentur Jesum Christum venisse in carne: hic est seductor et Antichristus. Apostoli loco Romanor. 9. v. 5. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, vox Deus a commentatoribus inserta est. Cyprianus enim lib. 2. contra Judaeos cap. 6. et Hilarius in Psalm. 122. locum eundem Apostoli voce Deus destitutum proferunt: Ergo &c.

Deinde dixit Thomae: infer digitum tuum huc et vide manus meas

respondit Thomas et dixit ei

Resp. Haec omnia levia sunt ac infirma. Et primo quidem responsum illud s. Thomae Apostoli ad Christum omnino pertinere dicendum est, tum quia ad Christum, qui cum Thoma loquebatur, pertinere ipse textus Joannis manifeste declarat: respondit et dixit ei: Dominus meus et Deus meus: tum quia haec verba Thomae, si interjectio tantum esset ad Patrem pertinens, nec novam confessionem divinitatis Christi contineret, quam tandem fidem aut confessionem Christus in Thoma laudavit, dum dixit ei Jesus: quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, et crediderunt? Certe confessionem Dei Patris semper Thomas animo retinuit; neque in hujus fidem sen- tactu Christi corporis redivivi adductus est.

alter locus Joannis 1. cap. 5 &c.

ex contextu

= scimus quoniam filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum et simus in vero filio ejus.. Hic est verus Deus

Alteram Socinianorum responsionem ad testimonium ex 1. epistola Joannis cap. 5. depromptum et pronomen hic, et totus rerum contextus rejicit. Vox enim illa ex constanti loquendi usu ad illum refertur de quo proxime ac directe habetur sermo. [illegible] deinde foret ac nugatoria Joannis sententia, si ad Patrem, non autem ad Filium pronomen illud spectaret: ac iste omnino sensus emergeret: Hic verus Deus est verus Deus. Dignam profecto Joanne sententiam! Exemplum quod adducunt nimis apertam continet disparitatem. Ibi enim non agitur directe et ex professo de Christo, sed de seductore; de Christo vero solum indirecte, ac per accidens. Quemadmodum igitur hoc loco res ipsa postulat, ut pronomen ad seductorem, ita in altero ut ad Christum referatur.

examinum [illegible]

Nam hic de seductore maximus sermo [illegible]

Ad

Ad Apostoli locum quod attinet, vox illa *Deus*, teste a Lapide, in omnibus codicibus latinis, graecis ac syro reperitur, ut et quod Patres fere omnes etiam vetustissimos, ut videre est apud Tertullianum libro de Trinitate. Sed neque in Cypriano desideratur: in duobus enim illius codicibus manuscriptis se illam comperisse affirmat Pamelius, cum ejus editionem adornaret. Et sane quis vocem apprime ad rem facientem omisisse credat eum, qui caput ipsum inscripsit: Quod Deus Christus? Hilarius textum integrum et ad apicem eo loci non refert; quem tamen cum voce *Deus* laudat libro 4. num. 39. de Trinitate, et libro 8. num. 37. In illius editione Veronensi 1730. extat vox *Deus*. Ceterum sicubi absit satis illa ex adjectis verbis *super omnia benedictus* colligitur.

Nego. Desideratur vocem Deus a commentatoribus, non a Lapide, reperiri [illegible]

Nec deest in Cypriano, Pamelius illam invenit in duobus codd. [illegible]

Hilarius loco citato

Obiect. 3.

Scriptura nonnisi unum Deum esse docet, quem constanter Patrem appellat: praeter hunc igitur persona alia nulla est, quae Deus sit, et Patri consubstantialis. Ant. prob. ex prima ad Cor. c. 8. v. 4. ubi dicitur: Scimus, quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus, nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur Dii sive in caelo, sive in terra (siquidem sunt dii multi et domini multi): nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia .. et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia. Et ad Ephes. 4. v. 6. Unus Deus, et Pater omnium.

Resp.

Respondemus cum Origene Arianis, et Socinianis minime suspecto, qui in epist. ad Rom. c. 9. v. 5 ait: // Non advertunt qui haec ita sentiunt quod sicut Dominum nostrum Jesum Christum non ita esse unum Dominum dixit, ut ex hoc Deus Pater non esse Dominus dicatur; ita etiam Deum Patrem non ita unum Deum esse dixit, ut Dei Filius non credatur Deus: unus autem uterque est Deus //. Contextum igitur orationis utrobique si spectes, unitatem Dei commendando Apostolus, idolorum, et falsorum deorum, non vero Personarum, quae unus idemque Deus sint, pluralitatem excludit.

Resp. cum Origene.

Obiect. 4.

Hic [illegible]

Opponunt ulterius contra primum argumentum ex Nativitate desumptum, et inquiunt: Judaei Psalmum 2. de Davide interpretantur: ex eo igitur nihil adversus eos colligi potest. So-

ci-

Sic et Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.
Actor. 13. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Jesum sicut et in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te

Sociniani vero addunt, per vocem hodie non designari aeternitatem Christi generationis, sed interprete Paulo Hebr. 5. v. 5. et Actor. 13. v. 33. verba illa ad Christi sacerdotium ejusque resurrectionem transferunt. Ut ostendant autem, Christum nullatenus ab aeterno genitum fuisse, sed adoptione tantum Filium Dei esse, duo afferunt ejusdem Pauli apertissima testimonia, quorum primum legitur in epist. ad Rom. c. 1. v. 4., ubi Apostolus de Christo loquens ait: Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri. Alterum in epist. ad Coloss. 1., ubi v. 15. diserte Christus dicitur primogenitus omnis creaturae. Christus igitur non naturae necessitate genitus, sed libero voluntatis proposito electus est; et quamvis creaturis ceteris prior sit, earum tamen nova est creatura; atque idcirco non naturalis, sed adoptivus Filius est.

Resp.

Respondemus vero, Psalmum illum adeo apertam de Christo mentionem facere, ut haec communis fuerit veterum Judaeorum sententia, ut ostendit Huetius Propos. 7. num. 14. = Majores nostri, ait R. Selomoh ad Regem Messiam hunc totum referebant =. Et sane in eo multa sunt, quae simul conjuncta soli Christo convenire possunt, ut v. 1. adversus eum fremuerunt gentes: v. 6. constitutus sum ~~[illegible]~~ Rex super montem Sion. v. 8. Gentes in haereditatem et terminos terrae in possessionem accepit. v. 13. Beati dicuntur omnes qui sperant in eo. Certe nulli Angelorum, eoque minus hominum convenire possunt verba illa: ego hodie genui te. Recentiores ergo Judaei, qui de Davide haec omnia, non de Christo interpretantur, et a majoribus suis et a Psalmistae verbis longissime recedunt.

Respondeo, recentiores Judaei de Davide exponere; quia veteres Rabbini semper ad Regem Messiam &c.
vide Huetium.
et quia multa sunt in eo Psalmo, quae soli Christo conveniunt &c.

Ad Socinianos quod attinet, etsi Paulus verba superius adducta modo ad Christi resurrectionem, modo ad illius sacerdotium referat, negari tamen non potest, ea Hebraeorum 1. v. 4. et 5. de aeterna Christi generatione intellexisse. [illegible] enim secum non pugnant; sed cum aeterna Christi generatio radix sit omnis Christi excellentiae; merito verba illa et de illius resurrectione et de illius sacerdotio intelliguntur. Quod autem ajebant vocem illam hodie eo in testimonio aeternitatem non indicare, male fidei revincuntur ex Michaeae cap. 5. v. 2., ubi Filii Dei egressio a diebus aeterni-

[illegible] enim Sociniani.
Nam etsi Paulus ad resurrectionem et ad sacerdotium aliquando refert, [illegible] de aeterna Christi generatione
[illegible] cum aeterna generatio sit radix omnis excellentiae

nitatis appellatur et ex Psalmo 109. v. 3. ubi dicitur genitus ante Luciferum; et ex eo quod aeternitas, cum nec praeteritum nec futurum admittat, per verbum hodie praeclare exprimitur.

Apostoli verba ad Romanos si de Christo, ut homo est, explices, nihil vetat humanam ejus naturam, ut in divinae naturae consortium assumeretur, libera Dei voluntate electam esse. Hoc sensu ea exponit S. Augustinus lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 15., illique contextus favere videtur. Praemittit enim Apostolus: qui factus est ei ex semine David secundum carnem: qui praedestinatus est etc. Quod si de divina Christi natura ea intelligere malis, dicendum est, Apostolum eo tantum voluisse divinitatem Christi, quam saepius ~~in~~ discursibus in vita indicaverat, resurrectione a mortuis fuisse quam maxime declaratam. Neque enim in primigenio graeco textu est verbum ~~pr~~ proorizin, praedefinire, aut praedestinare; sed simpliciter orizin, quod idem est ac declarare.

Alterum quoque Apostoli locum ad Colossenses, in quo Christus primogenitus omnis creaturae appellatur, S. Athanasius, Nyssenus, Chrysostomus, et Fulgentius de Christo ut homo est, intellexerunt. Sed verosimilior eorum sententia est, qui cum Tertulliano, Origene, Basilio, Cyrillo et Ambrosio de Christo Deo illud acceperunt: non quod creaturarum more conditus ipse fuerit; sed quod cum ab aeterno ipse genitus ~~sit verum~~ omnium in tempore conditarum ipse causa fuit et principium. Ait enim Apostolus: Primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt universa in coelis, et in terra:

Object. 3ia

Contra 3tium argumentum ex natura desumptum sic opponunt. Christus Deo Patre inferior est: eandem igitur naturam cum Patre non habet. Ant. prob. Christus Joannis 14. v. 28. de se ingenue fatetur: Pater major me est. Quae affirmans propositio aequivalet huic neganti: non sum tantus, quantus est Pater.

Resp.

Respondemus, Christum ea de se, ut homo est, intellexisse: cum enim tristes de suo discessu discipulos consolaretur dixit: si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est. Jam vero humanitas utique, nisi erat

ad

errant in voce [illegible] etc.
et [illegible] ex [illegible]
et ex Psalmo 109. ante luciferum
genui te

errant dum ex textu ad Rom.
colligunt [illegible]
nisi de natura humana exponas,
ut homo fuit gratis electus etc.
[illegible]

Quod si de divina, haec in resurrectione a mortuis fuit declarata.

primogenitus omnis creaturae
[illegible]
ut homo etc.
[illegible]

ad Patrem, non divinitas, quæ semper fuit; Pater in me est, et ego in Patre. Ergo etiam solius humanitatis respectu Patrem se majorem professus est. Adde Christum ire ad Patrem tantundem significare, ac a Patre glorificari, gloriosi corporis prærogativas consequi, doloribus, cæterisque vitæ humanæ affectionibus subduci. Sed ista omnia ad naturam præcise humanam referuntur. De hac igitur sola hic Christum loqui consequens est, et secundum hanc tantummodo se Patre minorem constituit.

Prop. 1. Proprietates naturæ divinæ Christo tribui non possunt: ejusdem igitur cum Patre naturæ non est. Antecedens probatur. Primo deest illi æternitas, nam Christus ~~seu sapientia creata~~ nomine sapientiæ creatus dicitur Prov. 8. v. 22. (ubi juxta 70 Interpretum versionem habetur Dominus creavit me in initio viarum suarum. Factus autem perhibetur Actor. 2. v. 36. Et Dominum eum et Christum fecit Deus. Pro deest illi immensitas: de se enim ait Joannis 20. v. 17 Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. 3tio deest omniscientia: Judicii enim diem interrogatus se ignorare profitetur Marci 13. v. 32. De die illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in Cœlo, neque Filius, nisi Pater. 4to deest illi bonitas nam Marci 10. v. 18. cum ab adolescente bonus appellatus fuisset, respondit: quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus.

~~[illegible]~~ Nego antecedens. Ad primam probationem dico Christum, ut homo est et creatum et factum dici posse, ut vero Deus est, neque creatum neque factum, sed ex æternitate a Patre genitum. Proverbiorum testimonium quod alii cum Tertulliano de sapientia Dei creatrici, tribusque Personis communi accipiunt, alii cum Athanasio de humana Christi natura interpretantur, alii alia modis; si cum pluribus de filio Dei ab æterno genito sit intelligendum, vox illa creavit idem significat ac genuit, seu possedit, creare enim pro gignere Latini non minus quam Græci, auctores usurpant. Cæterum si ad Hebraicum textum recurramus, omnis cessabit difficultas. In eo enim verbum chanani reperitur, scilicet possedit me, quod et vulgata nostra habet. Imo et in Græcis codicibus non nullis, ut notavit S. Hieronymus in cap. 26. [illegible] ... ubi contra ... non ἔκτισε creavit, sed ἐκτήσατο possedit legitur. Quare non imme-

nito

gaudeletis quia vado ad Patrem q. i. est ut me glorificet q.

Oppo. non convenire Christo proprietates naturæ divinæ; non nomine sapientiæ creatus
— factus
deest immensitas
non ascendis.
nescit judicii diem
deest illi bonitas.

Resp.

Resp. ut homo et factus et creatus
ut Deus a Patre æter.

est in Hebr. chanani possedit
non creavit
imo in græcis codicibus
teste Hier.

rio in 70. Interpretum textum vitio exscriptoris irrepsisse
nonnulli suspicantur.

Itemum 2. utique Christus factus dicitur, ratione scilicet hu=
manitatis. Et eodem modo de Christo homine intelligenda sunt
ea, quae ibi et 3tio loco opposita fuerunt. Nam ut homo
ascendit ad Patrem, ut homo diem judicii ignoravit; non eo
quidem sensu, quod eam reipsa ignoraverit; sed quod eam co=
gnitionem ex nativa humanae naturae conditione adeptus non
fuerit neque expediret eam revelare. // Quomodo nescivit ju=
dicii diem, inquit Ambrosius lib. 5. de fide cap. 16. qui et horam
prodixit et locum et signa expressit et causas? ; verum
ut notavit S. Gregorius M. lib. 8. epist. 42. // In natura quidem
humanitatis novit diem et horam, non tamen ex natura huma=
nitatis novit. Ideo scientiam, quam ex natura humana non ha=
buit, in qua cum Angelis creatura fuit, hanc se cum Angelis
habere negavit //. Cum igitur se diem illum nescire inquit
Christus, secretarii vel legati dispensatione usus est, qui ea, quae
prodere non possunt, plane se nescire fatentur.

Ultimis verbis, quae ex Marci 10. adducta sunt, Christus adolescen=
tem ad naturae suae divinae cognitionem adducere volebat osten=
dens, solum Deum per excellentiam bonum esse. Tantumdem
enim est, teste Augustino lib. 3. contra Maximinum, ac si dixis=
set, aut bonum me non appella, aut Deum esse crede.

Si ejusdem cum Patre naturae fuit Christus, cur inima Jo= Inst. 2.
annis 5. v. 19. dixit: Non potest Filius a se facere quidquam,
nisi quod viderit Patrem facientem. et iterum, non possum
a me facere quidquam. A meipso facio nihil, sed sicut do=
cuit me Pater cap. 8. ? cur ibi doctrinam suam non esse su=
am, sed Patris, neque a seipso se loqui perhibet Joan. 7.
v 15. Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Et
cap. 14. Verba, quae ego loquor, a meipso non loquor. Cur
denique 2bis filiis Zebedaei Matth. 20. v 23. dixit: Sedere
ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare
vobis, sed quibus paratum est a Patre meo? Haec omnia
naturam non divinam, omniscientem et omnipotentem, sed
creatam et infirmam arguunt: ergo etc.

Re p.

Ad primum dico non posse Filium a se facere quidquam
nisi quod viderit Patrem facientem, non virtutis aut potesta=

14

1. Petrus Act. 2.
certissime sciat ergo omnis
domus Israel, quia et Dominum
eum et Christum fecit Deus
hunc Jesum, quem vos cruci=
fixistis etc.

Ascendit ut homo. Nescivit ut
homo, non quod nescivit Deus.
Ex Ambros. et Greg.

Sic secretarii et legati
quae prodere non
volunt

juvenis rogabat Jesum
magister bone, quid faciam
ut vitam aeternam consequar?

Solu.

Filius a se non
facit quidquam
[illegible]

ris defectu, sed ob naturae, potestatis et operationis unitatem cum Patre, sequum hunc totius contextus exigit. Ait enim: Quaecumque ille fecerit haec et Filius similiter facit.. sicut Pater suscitat mortuos, et vivificat; sic et Filius quos vult vivificat.

Eodem sensu intelligi debet quod alio loco obiicitur, cum doctrinam suam non suam esse dixit. Cum enim Christi doctrinam Judaei veluti novam, et a Deo alienam criminarentur, ut eam ab eorum calumniis vindicaret Christus, eam non suam solius, sed sibi cum Patre communem esse dixit. Nisi ad diversam naturam eum respexisse dicere velis: ut doctrinam quae secundum naturam divinam ejus erat, secundum naturam humanam quam solam tunc Judaei contemplabantur, non suam sed Patris, qui eum miserat, esse diceret. Utramque explicationem sequitur Augustinus. Primam quidem contra Maximinum Arianum lib. 2. cap. 20 num. 3. "Dictum est, inquit, mea doctrina non est mea sed eius qui misit me: quoniam Patris doctrina ipse est, qui Patris est Verbum; et utique non est a seipso, sed a Patre". Alteram vero de Trinit. lib. 1. c. 12 num. 27. "Quid illic dicemus, ubi ait: mea doctrina non est mea? Quomodo mea, quomodo non mea? Non enim dixit: ista doctrina non est mea, sed mea doctrina non est mea: quam dixit suam eandem dixit non suam: quomodo istud verum est, nisi secundum aliud suam dixerit, secundum aliud non suam secundum formam Dei suam; secundum formam servi non suam? Cum enim dicit: non est mea, sed eius qui misit me ad ipsum Verbum nos facit recurrere: doctrina enim Patris est Verbum Patris, qui est unicus Filius".

Postremo in testimonio non affirmat Christus sibi potestatem deesse conferendi regnum caelorum; non enim dicit: non est meum dare vobis, sed Patris; verum dicit: non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo: quinimo Matthaei 28 v. 18. aperte dicit: data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra: sed indicat duntaxat sibi deesse aequam. Neque enim jure consanguinitatis, aut mera indulgentia, sed labore ac meritis regnum caelorum comparatur. Hanc potestatem profecto sibi vindicavit Christus Luc. 22. v. 29. cum inquit: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum ut edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo ...

Judaei criminabantur doctrinam Christi.

vel ad diversam naturam respexit?

~~utrumque~~ explicat sequitur August.

cum Jesus esset proximus passioni: ecce ascendimus Hierosolymam ... meum ...

ut sedeatis super thronos judicantes duodecim tribus Israel. sed opportune quaerit verba haec discutiens Augustinus in Psalm. 126. ~~respondet~~: Quid est non est meum dare vobis? (et respondet). non est meum dare superbis: hoc enim adhuc erant. sed si vultis illud accipere, nolite esse quod estis. Aliis paratum est; et vos alii estote, et vobis paratum est //. Nonnisi autem // non est meum ~~inquit~~ dare vobis, idest superbis, inquit, sed humilibus //.

Caput XX.

De humana Christi natura, quam is virtute spiritus sancti ex Maria perpetua Virgine assumpsit.

Humana Christi natura ab ipso Apostolorum aevo non minori quam ejus divinitas furore et insania impetita est ab iis nimirum haereticis, quos Docetas, seu Phantasiastas appellamus, eo quod humanam naturam a Christo non veram, sed specie tenus duntaxat sumptam fuisse statuerent. Eos haud dubie perstringit Apostolus Joannes epistola I. cap. 4. v. 1. dum inquit: Multi pseudoprophetae exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Dominum Jesum Christum in carne venisse ex Deo est. Ut autem ordine recenseantur, in hac portentosa haeresi versati sunt primo Simon magus, qui ut refert S. Augustinus libro de haeresibus cap. I. seipsum totam esse Trinitatem blasphemans asserebat, se olim Judaeis in monte Sina legem dedisse in persona Patris, tempore Tiberii in persona Filii, non vera quidem carne, sed sola carnis specie apparuisse, ac denique tanquam spiritum sanctum in igneis linguis super Apostolos venisse. Simonem secuti sunt illius discipuli Saturninus, et Basilides, qui docuerunt Christi corpus fuisse umbratile, apparens, et phantasticum, ac propterea minime passum esse, ut testantur Irenaeus lib. I. cap. 22. Epiphanius haeresi 23. aliique, imo narrant Patres hi Basilidem illud etiam docuisse, Christum non fuisse revera a Judaeis in cruce suffixum, sed ejus loco Simonem Cyrenaeum, cui speciem suam dederat.

Huic errori tantum pede adhaeserunt Cerdo, ejusque discipulus

Marcion

Aug. 4.

Hostes refellendi.

(Docetae ita dicti a verbo δοκέω, censeo, puto, quia nonnisi putatitiam, atque imaginariam Christi humanitatem confitebantur.)

Inter hos primus est Simon magus, qui teste Aug.

inde ejus discip.
Saturninus et Basilides

imo Christum non fuisse a Judaeis crucifixum

Sed

c. 101. ... Marcione.
c. 142. Manes Persa.

Marcion, ut perhibet Irenæus lib. 1. cap. 28., et Tertullianus de præscriptionibus cap. 51., et libro contra Marcionem; sæculo 3tio Manes Persa a suis dictus Manichæus, eundem errorem disseminavit. Cum enim existimaret, carnem se creaturam a malo principio profectam, suis interes... citis indecorum putabit concedere, Christum vero corpore circumseptum esse. Quare apparens dictitabat corpus eidem tribuebat, et omnia, quæ in Evangelio de Christo narrantur ad humanam naturam pertinentia, specie, non veveras gesta fuisse contendebat. Manichæos sequuti sunt Priscillianistæ, qui, ut loquitur S. Leo epist. 93.: „Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credebant, sed per quamdam illusionem ostentata videri voluit, quæ vera non fuerint: sequentes dogmata Cerdonis, et Marcionis, et cognatis suis Manichæis per omnia concordantes“.

\+ Priscillianistæ dicti a Priscilliano, qui anno 380. in Hispania ... et ... non ... ...

\+ natione Ægyptius.

Hic dictabit post ... an. 1805.

de Valentino Tertullianus

Valentinus+ qui vir. fuit summæ fatuitatis, et in excogitandis putidissimis figmentis versatissimus, inter cætera illud etiam dixit, ut testatur Tertullianus libro de Præscriptionibus capite 49.: „Christum in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cælo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam Virginem transmeasse nihil inde accipientem, vel mutuantem“. Apelles Marcionis discipulus, relicto magistro, adhæsit Valentino, teste eodem Tertulliano, docuit Christum neque in phantasmate fuisse, ut volebat Marcion, neque in substantia veri corporis humani ut Evangelium docet, sed in ipso e partibus superioribus descensu sidereum sibi carnem, et aeream contexuisse.

Apelles Marcionis discipulus adhæsit Valentino, et docuit sideream carnem.

//

Christum anima humana spoliarunt Ariani eorumque asseclæ. ~~...~~ Cum enim Dei Verbum Patre inferius atque minime consubstantiale profiterentur, affirmabant ipsum in Christo instar animæ extitisse. Sic testatur Epiphanius hæresi 69. Apollinaris Laodicenus, a quo Apollinaristæ sectatores dicti sunt, eumdem errorem tuitus est. Apollinaristæ porro quamvis initio cum Ario senserint, Verbum carnem solam sine anima suscepisse; temporis tamen progressu eo conversi sunt ut dicerent, animam quidem cum carne susceptam esse a Verbo, huic tamen animæ defuisse mentem seu intellectum, et pro mente Verbum fuisse.

Anima spoliarunt Ariani teste Epiphanio

Apollinaristæ in Christo ... animam sed mente carere.

Ineptissimi putidasque nœnias quæ, cum sua ipsa absurditate obsoleverant, iterum suscitari visæ sunt occasione pseudo-

ra-

reformationis Lutheranae. Anabaptistae enim, qui ex hac secta prodierunt, aperte professi sunt, Christum carnem et sanguinem suum non ex Maria Virgine assumpsisse, sed e Caelo attulisse. Fanaticis Anabaptistis jungi merentur fanatici Quakeri, qui in Anglia, et in Belgio foederato saeculo elapso propagati sunt. Isti enim sic minus aperte negare, saltem in dubium revocare non sunt veriti, an Christus humanam nostram naturam vere assumpserit. Ita Robertus Barclajus celebris eorum Theologus, et Doctor in Apologia Theologiae vere Christianae thesi XI. sect. 1. Denique nec silentio praetereundi sunt Novatores, qui duplicem humanam naturam Christo tribuerunt, aut saltem duplicem carnem, alteram coelestem, quam secum de Caelo descendens attulerit, alteram terrenam, quam prodigiosa conceptione de Virgine acceperit. Id docuit inter ceteros Valentinus Weigelius anno 1565., Petrus Poiretus in libro Oeconomia Divina, et Joannes Guilielmus Petersenius in libro mysterium primogeniti omnium creaturarum anno 1711. asserens, Christum ante omnia saecula nescio quam divinam carnem assumpsisse, in qua veteribus Patriarchis olim apparebat, donec postea aliam carnem humanam in utero Virginis sibi copularit.

Postquam horum omnium deliria dissipavimus, illi notandi sunt, qui carnem Christi veram quidem carnem fuisse non negant; eam tamen ex integerrima ejus Matre, sarta tecta ejusdem virginitate, sumptam esse infitiantur, ut eorum pariter impietatem occasione data profligemus. Horum quidam ut Carpocrates, Cerinthus, et Ebion, nomine magis quam re a Judaeis differentes, cum iisdem Christum e virili consortio progenitum blasphemarunt et illibatam ante partum Matris ejus virginitatem negarunt. Alii in partu eandem impugnantes, in eo supra ceteros terminos nihil Mariae tribuendum censebant. Fuisse in ea sententia Jovinianum saeculo IV. refert Ambrosius epist. la 42. ad Siricium libro 2. Plures tamen sunt, qui beatae Mariae post partum ingruenter praesidenter integratum pudorem, asserentes, ipsam, postquam edidisset Christum, cum Josepho marito congressam, plures ex eo filios suscepisse, qui in Evangelio fratres Christi dicuntur. Ita quidem

Apo-

+ sic dicti a graecis vocibus ἀνά, baptizo, aut bapto, idest iterum baptizare; quia contendebant infantes baptizando, non esse nisi post usum rationis, et iterum baptizandos, qui ante usum rationis baptizati fuissent.

+ Quakeri vox Anglica, quae timidum significat. Isti anno 1647. sub regno Caroli I. insurrexerunt inter civilia bella e. Georgius Fox coriarius princeps hujus sectae e. timidi dicuntur propter tremores et [illegible] quas habent, cum se a Spiritu S. inspiratos credunt. Omnem externum Religionis cultum rejiciunt e.

per coelestem apparu[illegible] vet. Patriarchis:

Apollinarem accusat Epiphanius haeresi 77. et 78., Eunomium Philostorgius libro 6., Helvidium et Jovinianum, Hieronymus in lucubrationibus adversus eosdem operibus, Bonosum Ambrosius epistola 5. ad Siricium, et ex Calvini schola nonnullos Petavius lib. 14. de Incarnatione cap. 4. et 7.. Est autem virginitas suis omnibus absoluta numeris ~~[illegible]~~ vacua ab omni libidine carnis animi et corporis integritas. Hinc tria perfectae virginitati adversantur, ut docet S. Thomas 2. 2dae quaest. 152 his verbis: Resolutio seminis delectationem sensibilem causans, propositum perveniendi ad talem delectationem, et virginei sigilli violatio: quorum singulis physice aufertur virginitas, moraliter vero secundum quod nempe vitio et culpa subsistit, et cum altero tantummodo violatur. His praemissis sit.

Propos. 2. Christus verus est homo nobis secundum humanam naturam consubstantialis.

Prob. Qui in sacris literis constanter dicitur homo, et filius hominis, cujus genealogia, stirps, tribus, conceptio, nativitas, diversae aetates, humanae affectiones, sitis, fames, fatigatio, verbera, crucis affixio, mors, et resurrectio passim describuntur, ille profecto verus est homo, verumque habet naturam humanam nobis consubstantialem: sed de Christo in scripturis haec omnia constanter affirmantur: ergo Christus verus est homo nobis secundum humanam naturam consubstantialis. Major certa est: non enim humanam quempiam naturam praeditum esse probabimus nisi ex recensitis ejusmodi characteribus. Minor in sacris literis adeo clara est ut quicumque eas legerit, ignorare non possit. Sic ~~[illegible]~~ Joannis 8. v. 40. Christus ipse se hominem dicit: Nunc autem quaeritis me interficere hominem. Et Matthaei 17 v. 21. Filius hominis tradendus est in manus ~~[illegible]~~ hominum. Ejusdem Matthaei cap. 1. Christi genealogia accurate describitur. Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Isaias capite 7. v. 14. futuram Christi nativitatem ex virgine describit: Ecce virgo concipiet, et pariet filium: cujus prophetiae complementum refert ~~Matthaeus cap. 1. v. 23.~~ S. Lucas cap. 1. v. 30: Ne timeas Maria, inquit Angelus Gabriel, invenisti enim gratiam apud Deum. ecce concipies in ~~[illegible]~~ utero et paries filium et vocabis nomen ejus Jesum. Et S. auctor Matthaeus cap. 1. v. 18. Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de spiritu sancto. Et cap. 2. v. 1. Cum ergo natus esset Jesus in

ipse se dicit hominem

et filium hominis

genealogia

ex virgine

in Bethleem

in ~~Bethleem~~ Bethlehem Juda in diebus Herodis Regis. Unde Paulus ad Galatas 4. v. 4. Christum vocat factum ex muliere: Hebraeor. 7. v. 14. Tribum designat, ex qua natus est: Manifestum est enim, quod ex Juda ortus sit Dominus noster, in qua Tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Haecne quaeso, ut cetera omittam, quae in scripturis legi possunt, haecne aliud, quam verum hominem designare possunt? An hominis phantastici nativitas, familia, tempus ac modus nativitatis tam accurate depingi potuissent? An natus ex Maria Virgine Christus diceretur, si caro e Coelo delapsa per Mariam tanquam per merum canalem duntaxat transiisset? Quid insultius? Adde et omnes vitae mortalis Christi circumstantias. Circumciditur; adoratur a Magis; parentibus subditus est, docet; patrat miracula. lacrymas fundit; flagellis caeditur. cruci affixus moritur. An haec omnia totidem fuere sensuum nostrorum ludificationes, et ab homine umbratili et phantastico facta praestigiae? Quis sui compos credat?

Momenta haec ex Nativitate, vita et morte Christi urgent contra haereticos Phantasiastas etiam sancti Patres. S. Ignatius Martir in germina ad Trallianos epistola // Obturate igitur, inquit, aures vestras, cum vobis quispiam loquitur sine Jesu Christo, qui ex genere Davidis, qui ex Maria: qui vere natus est et edit et bibit. vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato vere crucifixus et mortuus est.. qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum Patre ipsius ... ~~Et s. Irenaeus lib.~~ Tertullianus vero ut ceteros Patres omittam, ex passione ac morte Christi sic arguit, ut evincat illum verum non phantasticum fuisse, cujus sanguine non ficte, non simulate sed vere redempti et a servitute Daemonis liberati sumus: // Nihil solidum ab inani, ait lib. 3. contra Marcion. c. 8. nihil plenum a vacuo perfici licuit. Putativus habitus, putativus actus: imaginarius operator, imaginaria opera. Sic nec passiones Christi ejus fidem merebuntur: nihil enim passus est, qui vere non est passus; vere autem pati phantasma non potuit. Eversum est igitur totum Dei opus; totum Christiani nominis et pondus, et fructus, mors Christi negatur.. nec de resurrectione constabit... Proinde resurrectione Christi infirmata, etiam nostra subversa est //. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

et erat annorum quasi
ann. 30. ut putabatur
Filius Joseph

Jesus fatigatus ab itinere sedebat:
cum jejunasset.
sitio.

et lacrimatus est.
Lazare.

Prob. ex PP.

S. Ign. M.

Tert. ut probet verum Christum
arguit ex vera passione,
et redemptione.

~~tionibus subjectis ipse pertractari solent.~~

~~[illegible]~~ Adductis huc usque scripturarum et Patrum testimoniis super foret alia addere. Quid universa Christi ecclesia de eadem ejus humanitate crediderit et credat palam faciunt fidei symbola in quibus credimus „Et in unum Dominum Jesum Christum... qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est„. Illud potius superest, ut paucis indicemus corollaria nonnulla, quae ex constituta positione sua veluti sponte fluunt, quaeque a Theologis, quibus plus otii est, fuse pertractari solent.

item constat ex sacra Scrip. in similia

paucis

Coroll. 1. Ex dictis igitur consequitur primo, quod Christus verum corpus habuit. „Si enim, ut ait Irenaeus lib. 3. adversus haereses cap. 32. Si non accepit Christus ab homine substantiam carnis, neque homo factus est„. Et Tertullianus lib. de carne Christi cap. 15. „Si caro Christi, inquit, humana non fuit, nec ex homine, non video ex qua substantia ipse se Christus hominem et filium hominis pronuntiaverit„. Sed Christus ipse solide carnis suae testimonium praebuit cum discipulos de vero sui corporis sui veritate dubios et phantasma aut spiritum opinantes his verbis est allocutus Lucae 24. Videte manus meas et pedes meos; quia ego ipse sum: palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.

1. Hinc verum corpus habuit, ut probant Irenaeus et Tert.

ipse Xtus

Coroll. 2. Christi corpus doloribus et infirmitatibus obnoxium fuit: est enim homo animal quod vivens sensitivum definiri solet. Quare et Isaia cap. 53 dicitur. Vere ~~dolores~~ languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit: et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo et humiliatum; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, et livore ejus sanati sumus. Quare infert Hieronymus commentario in hunc locum „qui vere languores nostros, et peccata portavit et pro nobis dolet, non putative, ut nova et vetus haeresis suspicatur, sed vere crucifixus est, et vere doluit.

2. corpus doloribus et [illegible] [illegible]

Hier.

Coroll. 3. Christus ut verum corpus, ita verum etiam sanguinem habuit vita enim in sanguine est: fuit autem vivum Christi corpus utpote sensitivum et quod potuit occidi. Quare Apostolus ad Hebraeos cap. 2. v. 14. Quia pueri inquit, communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem. Accedit quod

3. verum sanguinem e.

quod in obeundis prædicationis muneribus Christus ipse sanguinis plures mentionem facit, ut Matth. 26. v. 26. et Joan. 6. 52. eundem indixisse, eoque nos redemisse, ubique sacra littera testantur.

Coroll. 4. Corpus Christi corruptibile fuit, prout hac voce subjectum doloris vulnerum, senectutis ac mortis capax indicatur; non vero prout eadem voce putredinem et ultimam in ea, ex quibus caro constat, dissolutionem significat. Discrimen hoc adnotavit s. Fulgentius, dum interroganti Regino comiti utrum caro Christi corruptibilis an incorruptibilis fuerit ita respondit capite 3. // Prout dubio in quantum corpori ejus inerat suscepta mortalitas in natura ei potuit inesse corruptionis infirmitas //. Et capite 4. Fuit quippe in corruptione mortis, sed non in corruptione putredinis, quando caro Christi sic est mortua, ut nulla fuerit membrorum putredo, vel dissolutio subsecuta.. Christus ergo non vidit corruptionem, quia nullam sensit caro ejus putredinem. Hoc autem non ejusdem carnis incorruptibilitas, sed resurrectionis celeritas fecit //. His similia tradit Damascenus libro orthodoxæ fidei cap. 28.

Coroll. 5. Dolores et passiones Christi, quoniam vera erant, nostris quidem similes fuerunt, ab iis tamen causis et effectibus plurimum differebant. Nos enim necessario et in nostri peccati pœnam hoc mala patimur; Christus vero innocens sanctus, impollutus oblatus est quia ipse voluit, et a seipso posuit animam suam. In nostra vero potestate non sunt, prævertunt rationem, et voluntatem adversus Deum, illiusque legem commovent. In Christo vero nisi consentiente aut imperante passiones illæ ortæ nunquam sunt. // Equidem ait Damascenus lib. 3. c. 20. naturales nostræ passiones et secundum naturam, et supra naturam in Christo fuerunt: secundum naturam enim in ipso commovebantur, quando carni permittebat, ut quæ sunt ejus propria pateretur; supra naturam vero, quoniam non antecedebant in Domino quæ naturalia erant ipsius voluntatem: Nam nihil coactum in eo conspicitur, sed voluntaria omnia. Itaque volens esuriit, volens sitiit, volens timuit, volens est mortuus //. Docet id ipsum Joannes cap. 10. v. 17.

Coroll. 6. Habuit Christus veram animam. // Profecto cum dicis hominem perfectum ait Augustinus epistola 187. ad Dardanum totam illic naturam humanam vis intelligi: non est autem homo

per

Apud Matthæum: hic est [illegible] [illegible] est [illegible]

Apud Joannem: nisi manducaveritis carnem [illegible] [illegible] et biberitis ejus sanguinem.. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem.

//

corpus ejus corruptibile prout indicat q. non prout resolutionem esse q

Fulg.

[illegible]

sed

Damascenus

Habuit veram animam

Augustinus

caro sine anima non est homo. Tertullianus

perfectus, si anima carni defuerit //. // Imo caro sine anima est, quae homo non est, quae post exilium animae cadaver inscribitur //, inquit Tertullianus de carnis resurrectione cap. 34 //. Testatur id luculenter scriptura sacra cum pluribus in locis, tum Joannis 10. v. 15: animam meam pono pro ovibus meis: et Matthaei 26 v. 38. Tristis est anima mea usque ad mortem; et cap. 27 v. 50 clamans voce magna emisit spiritum. In quem locum s. Athanasius de Incarnatione Verbi ait // expirationem nemo dixerit deitatis traductionem transmigrationemque, sed animae discessionem esse //.

anima capax affectuum. Aug.

Corol. 7. Eadem Christi anima fuit etiam capax humanorum affectuum tristitiae, timoris, taedii, desiderii, gaudii, dilectionis. Nam Matthaei 26. ait: tristis est anima mea &c. Marci 14. coepit pavere et taedere. Lucae 22. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. Joannis 11. Lazarus mortuus est, et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Hinc recte Augustinus lib. 14. de Civit. Dei cap. 9. // Neque enim, inquit, in quo verum erat hominis corpus, verus hominis animus, falsus erat humanus affectus //. et infra // verum ille hos motus certae dispensationis gratia ita cum voluit suscepit animo humano, ut cum voluit factus est homo //.

anima cogitandi facultate praedita. Aug.

Corol. 8. Anima Christi fuit mente, seu cogitandi facultate praedita. // Si execrandi sunt illi, qui eum negant humanum corpus habuisse, quod est infimum in homine, miror quod isti non execrantur qui hoc ~~[illegible]~~ eum habuisse negant, quod est optimum in homine. Multum enim lugenda est mens humana si vincitur a corpore suo; siquidem in illo homine non reformata est, in quo ipsum corpus humanum, jam dignitatem formae caelestis accepit // inquit Augustinus lib. de agone Christi. Et Ambrosius lib. de Incarnatione cap. 7. // Quid opus fuit carnem suscipere sine anima aut animam sine mente, cum utique insensibilis caro, et irrationalis anima nec peccato sit obnoxia, nec praemio digna //? Nazianzenus vero epist. 1. ad Cledonium // Si quis in hominem mente carentem sperat, inquit amens profecto est, nec dignus, qui omni ex parte salvus efficiatur: nam quod assumptum non est curationis est expers //. At inquit Apollinarista: divinitas mentis loco sufficiebat. // Quid autem hoc ad me, reponit loco citato Nazianzenus? Divinitas enim cum sola carne homo non est; imo nec cum sola anima, nec cum utraque si mens

Ambr.

Naz.

contra Naz. contra Apollinaristas.

ab-

animabit, quo etiam magis homo excipi debet //. Certe Scripturae Christo passim mentem attribuunt. Isaias 11. de Christo loquens
... testatur: Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae
et intellectus, spiritus consilii. Lucae 2. Christus proficiebat aetate
et sapientia. Et cap. 6. erat pernoctans in oratione Dei. Me=
rito ergo Apollinaristarum insaniam et Patres unanimes sen=
tentiae refutarunt, et Concilia saepe damnarunt, Alexandrinum
... Romanum 373., Antiochenum 378, et genera=
le Constantinopolitanum I.

i. liberi mentem Christi animatg.

Concl. 9.

Fuit insuper eadem Christi anima voluntate etiam, seu vera
volendi facultate instructa. Nam id ad veram naturae huma=
nae rationem spectat. Deinde praeter voluntatem divinam, quae
communis Verbo cum Patre est, aliam peculiarem suam vo=
luntatem appellat Joannis 6: descendi de coelo, non ut faciam
voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me: et
Lucae 22. Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Hae
autem voluntas peculiaris et propria Christi alia, quam huma=
na non fuit. Ut enim inquit S. Ambrosius lib. 10. in Lucam
suam ad hominem retulit, Patris ad divinitatem. Christi de=
nique satisfactio, et humanae voluntatis curatio humanam in
Christo voluntatem exigebant: quod enim assumptum non est
curationis est expers, inquit Nazianzenus ad Cledonium.

habuit animam voluntate volitivi

praestat ipse.

Ambros.

Naz.

Concl. 10.

Fuit denique anima Christi libera libertate quam dicunt
indifferentiae. Est enim haec nativa quaedam humanae volun=
tatis proprietas et animae humanae facultas. Eam Christo non
obscure vindicat Isaias, affirmans de Messia cap. 7. Butyrum
et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.
Consentit novum Testamentum; nec de eo inter Patres ulla
est controversia. Quare Doctor Angelicus quaest. 29. de veritate
art. 5. ad 1. // Licet, inquit, anima Christi esset determinata
ad unum secundum genus moris, scilicet ad bonum: non tamen
erat determinata simpliciter: poterat enim hoc vel illud face=
re, et non facere: et ideo libertas remanebat in eo, quae requi=
ritur ad merendum //.

Christus an non licet mihi quod volo facere

Angel.

Objic. 1.

Audiamus jam Phantasiastas, qui sic arguunt primo. Ad Philip=
penses c. 2. v. 7. Christus dicitur in similitudinem hominum factus,
et habitu inventus ut homo: ergo non erat nobis in huma=
na natura consubstantialis. Resp. dist. ... Hoc ipso quod
primus homo factus dicitur ad imaginem et similitudinem Dei

non

non erat Deo consubstantialis: ergo etiam si Christus dicitur factus in similitudinem hominum, non erit nobis in humana natura consubstantialis.

Resp. Distinguo antecedens: Christus dicitur factus in similitudinem veram et realem naturae, concedo antecedens; in similitudinem adumbratam et apparentem solius imaginis nego antecedens et consequentiam. Ad probationem transmisso antecedente, nego consequentiam. Discrimen est, quod Graecis per particulam ὡς significetur duntaxat similitudo adumbrata ex subjecta materia, et ob argumenti ipsius naturam; per particulam vero in similitudo et aequalitas substantiae, seu naturae. Certe Genesis 5. dicitur Adam genuisse Seth in similitudinem suam, hoc est sibi natura similem; et S. Jacobus cap. 5. v. 17. vocat etiam hominem similem nobis. Et ad Philippenses, ubi hoc textu dicitur: Qui cum in forma Dei esset exinanivit semetipsum formam servi accipiens. Quemadmodum ergo formam Dei non apparentem duntaxat habuit sed veram et realem, veram et realem servi formam habuit. Dicitur autem in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo ut excluderetur impuritas peccatorum quod omnibus aliis hominibus adhaeret; deinde ut indicetur Christum apparuisse ut verum hominem, ceteris hominibus undique aequalem, cum tamen esset ipse Deus homo, et humanitas illi esset instar habitus et formae.

Chr. verus erat similis nobis, absque p.

Inst. 1. Caro Christi non erat ejusdem cum nostra substantiae: ergo etc. Antecedens probatur. Hoc ipso quod in Rom. cap. 8. v. 3 mittit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati, sequitur Christum non habuisse vere carnem obnoxiam peccato, sed duntaxat apparenter: ergo nec habuit veram carnem, sed solum apparentem.

Resp. Nego antecedens. Ad probationem transmisso antecedente nego consequentiam. Non ex solo hoc testimonio inferre possumus humanam Christi naturam immunem fuisse ab omni peccato, sed ex eo praecipue, quod Christus homo fuerit Filius Dei Deus de Deo, qui ex essentia sua exclusit omne peccatum. Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex inquit Apostolus ad Hebraeos 7 sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, tentatus per omnia pro similitudine absque peccato, ut habet idem Apostolus cap. 4. v. 15.

Inst. 2. Cum Christus dicatur ad Galatas 3 factus pro nobis maledictum, vere tamen carnem peccati non habuit. ergo etiamsi dicatur

Verbum

dictum non caro factum, non habuit propterea veram carnem humanamque consubstantialem

Resp.

Concedo antecedens, nego consequentiam. Discrimen indicat Tertullianus contra Marcionem lib. 5. cap. 14. Quia Christus longe dispari ratione factus est peccatum et maledictum, ac Verbum caro factum sit caro. Non enim factus est peccatum copulando personae suae peccatum, sed transferendo in se duntaxat peccati debitum, et subdendo se Patri ad poenas et satisfactiones. Constat id, sive quod peccatum, utpote actus transiens, substantialis et hypostaticae unionis capax non sit; sive quod Christo sanctitas peccato repugnans cum eo uno in loco nihil sit. Eodem pacto factum est maledictum maledictiones humani generis in se transferendo, quod quidem communis Apostolus loco citato cum inquit: Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: maledictus omnis, qui pendet in ligno. Ex adverso autem Verbum caro factum est copulando sibi hypostatice naturam humanam, ut manifestum est ex ejus nativitate, omnibus vitae actionibus nostris omnino similibus, passione denique ac morte ipsa.

Object. 5.

Ex actionibus Christi non sequitur ejus carnem fuisse communem nostrae substantiae: ergo et. Antecedens probatur. Etsi ex sententia nullorum Patrum, antequam Christus unquam nasceretur, arcane in carne apparuerit Patriarchis, ambulaverit, manducaverit, collocutus fuerit atque id ipsum quoque Angeli aliquando praestiterunt: caro tamen eorum nostrae aequalis non erat: ergo pariter idem dici poterit de carne Christi.

Resp.

Nego antecedens. Ad probationem concesso antecedente nego consequentiam. Disparitas ratio est, quod etiamsi supponatur Verbum olim apparuisse in carne, quod tamen non facile admittunt omnes, caro tamen tunc nondum erat nostrae consubstantialis; quia nec nativitas praecesserat, nec moritura erat, nec Verbo hypostatice conjuncta, quod enim semel assumpsit nunquam dimisit. Unde tunc actiones ipsae et conversatio talibus praeditae carnis, et apparentes duntaxat, non minus quam Angelorum. Certe Angelus comes Tobiae cap. 12. de suis actionibus sic ait: videbar quidem vobiscum manducare et bibere; sed ego cibo invisibili et potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Ineptus vero esset, qui ex apparentibus his Angeli actionibus Tobiae quoque actiones apparentes quomodo fuisse contenderet.

Object.

Object. 3. Christus nunc saltem post resurrectionem veram amplius carnem non habet: ergo. Ant. prob. Vera caro capax non est regni cœlestis juxta illud Apostoli 1. ad Cor. cap. 15. Caro, et sanguis regnum Dei non possidebunt. Deinde carnem Christi post resurrectionem veram amplius non fuisse innuit Apostolus 2. ad Cor. cap. 5. dicens: Etsi cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. Ergo.

videte manus meas q.

palpate q.

Resp. Nego antecedens. Etiam post resurrectionem caro Christi fuit vera caro ut probatum est corollario primo, verum gloriosa jam et singularibus dotibus instructa. Ad probationem dico, Apostolum carnis et sanguinis nomine intelligere viventes secundum carnem, et sanguinem. Altero in loco non negat Christum carnem habere, cum ait, sed nunc jam non novimus: sed eos obiurgat reprehenditque, qui aliquando vane gloriabantur se concives, contribules aut cognatos Christi secundum carnem; neque in his gloriandum esse, ait, hoc magnificentius ostendendum monet, cum neque Christus eam prærogativam magni fecerit, ut constat ex Luca c. 8. v. 21. Mater et fratres mei hi sunt, qui Verbum Dei audiunt, et faciunt.

1. Ad Cor. [illegible] sicut portavimus imaginem terreni (hominis), portemus et imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, quia caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptelam possidebit

2. Ad Cor. Pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum [illegible] secundum carnem Christum, sed nunc jam non novi:

Object. 4. Opponunt isto ex ratione; ~~multiplici~~ primo scilicet ~~[illegible]~~ quod videatur Deo indignum humanam carnem induere ac sese miserrimæ subjicere conditioni; deinde quod absurdum videtur putare, Unigenitum Dei factum Angelis spiritibus deteriorem.

Resp. Verum rationes istæ a Phantasiastis productæ nihil omnino probant. Ad primam namque dicimus non esse indignum Deo induere quod manibus suis plasmavit neque contagione peccati; si enim visibilia munda a visibilibus immundis contingi possunt et non inquinari quanto magis invisibilis et incommutabilis veritas per spiritum animam et per animam corpus suscipiens toto homine assumpto ab omnibus eum infirmitatibus nulla sui contaminatione liberavit. inquit Augustinus de Agone Christi cap. 18. Altera ratio excluditur, quoniam revera Filius Dei secundum assumptam humanitatem paulo minus ab Angelis minoratus est, ut inquit Psalmista 8. v. 6. Sed nulla hinc Dei Filio contumelia, quia hæc assumptio non est ipso necessitate conditionis, sed voluntarium humilitatis, qua consultum humano generi, et nos procurat gloriæ facit consortes non dejecta divina natura per copulationem humanam, sed exaltata natura humana per conjunctionem divinam.

Solu. non indignum Deo induere, quod ipse plasmavit q.

Aur
aurum et gemma [illegible] q.

minuisti eum paulo minus ab Angelis q.
propter passionem q.
ceterum cui aliquando Angelorum dixit Filius meus es tu q.

Object. 5. Opponunt denique adversus Christi animam. Et primo quidem scriptura dicit. Verbum caro factum est: ergo solam carnem assumpsit. Ideo ipsum Verbum animæ vices supplevit in

——

signum

…externis metaphorice anima appellatur. 3tio si Christo mens inest humana, inessent etiam cogitationes humanæ et peccatum quod ex his progerminat. 4to duæ mentes duæque liberæ voluntates in una persona consistere non possunt: nam principatum, et jus … utraque sibi vindicabit. Ergo &c. — Nego.

Ad primum distinguo antecedens. Scriptura dicit, Verbum caro &c, per synecdochen, ita ut carnis nomine viva caro, et verus homo intelligatur, concedo antecedens; secus nego antecedens et consequentiam. Nihil familiarius est Scripturæ quam hoc sensu carnis nomen usurpare. Genesis 6. Omnis caro corruperat viam suam; Psalmo 64. Ad te omnis caro veniet: symbola quoque idipsum usurpant: et incarnatus est.

Ad 2um nego antecedens. Nec enim vices mentis obire potest Verbum, ne passioni mutationique dicatur obnoxium; nec formam corporis agere cum nequeat in unam naturam cum corpore coalescere, esseque subjectum et principium voluntariarum quarundam passionum, mœstitiæ, tristitiæ, frigoris, caloris, famis, sitis &c.

Ad 3tium distinguo antecedens. Inessent cogitationes humanæ quales in Adamo innocente, rationi nempe consentaneæ, eique perfectissime subjectæ, concedo antecedens: inessent humanæ cogitationes cum ratione pugnantes, et inordinatæ, cujusmodi sunt in homine lapso, nego antecedens et consequentiam.

Ad 4tum nego antecedens. Quemadmodum una eademque voluntas esse potest in tribus personis divinis, ita duplex voluntas divina nempe et humana potuit consistere in una Christi persona. Principatum autem et summum jus erat penes voluntatem divinam, cujus humana Christi voluntas perfectissime subjiciebatur et consentiebat.

Inst. Hilarius Pictaviensis docuit, in Christo nullum doloris, famis, sitis, ceterarumque naturalium affectionum sensum fuisse; … … de Trinit. num. 23. ubi rem confirmat exemplo corum quæ … corpus doloris sensu sunt destituta, aeris, ignis, aquæ: ergo animam in Christo non agnovit &c.

Resp. Nego antecedens. Disputat loco citato S. Doctor cum Arianis, qui docebant Verbum in Christo animæ vices gerere, ut protestatur num. 9. atque adeo asserebant ipsam Verbi naturam infirmitatibus obnoxiam fuisse, atque hanc revera doluisse cum caro figeretur in cruce. Consulantur illi … qui pro Hilario … S. Thomas, S. Bonaventura, aliique, et ejus mens patebit.

Prop.

Nego solam carnem assumptam &c.

2. verbum non potuit vices animæ gerere

3. cogitationes Christi ut in Adamo innocente

4. duæ voluntates in Christo consentientes

Solo… scribebat contra Arianos.

Propos. 1.: Christus virtute spiritus sancti ex Maria perpetua Virgine naturam humanam assumpsit.

Pars prima probatur luculentissimis Scripturarum testimoniis, quae Christum ex Maria conceptum, natumque esse docent. Lucas cap. 1 et 2 de Christi nativitate agens, in Maria impleta fuisse ait verba illa Isaiae 7. v. 14. Ecce Virgo concipiet et pariet Filium: refert Angeli ad eam verba: ecce concipies in utero ~~[illegible]~~ et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum ... spiritus sanctus superveniet in te et virtus ~~ad~~ Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. Tum ipsum partus describit: Ascendit autem et Joseph .. ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret; et peperit filium suum primogenitum. Filium hunc esse Christum ~~ostendens~~ ex verbis Angeli ad pastores loquentis demonstrat: evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus Dominus in civitate David. Mariam deinde et matrem Christi vocat, et ab ea Christum Filii nomine compellatum docet: dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Quibus similia prorsus sunt, quae alii Evangelistae sacrique scriptores adnotarunt, apud quos vocatur Filius hominis factus ex semine David secundum carnem, ut ad Rom. 1., semen Abrahae apprehendisse ad Hebr. 2., ex muliere factus ad Gal. 4. v. // Factum ex muliere, ut commentatur Beda lib. 4. cap. 49. in Luc.: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: alioquin nec vere filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine //. Ex quibus omnibus apertissime intelligitur, Christum humanam naturam virtute spiritus sancti ex Maria Virgine assumpsisse.

Pars altera probatur. Et primo quidem illibatam fuisse Mariam ante partum evincitur ex Scriptura. Isaias enim summi instar portenti Messiae matrem virginem fore praenunciavit: ecce Virgo concipiet et pariet Filium. Quod vaticinium impletum esse in partu Mariae testatur Matthaeus cap. 1. v. 22. Hoc autem totum factum est ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: ecce Virgo concipiet et pariet Filium. Ipsa Virgo purissima suam ante conceptionem virginitatem testatur verbis illis: quoniam virum non cognosco ergo q.

Sub rege Achaz. obsidebatur Jerusalem a Syris et Israelitis.

Lucas exponit Isaiam

est [illegible] q. [illegible] occulta Divinitas q. Angelus [illegible] ne timeas [illegible] magnam

Similia alii Evang.

unde Beda

ante partum
Isaias enim [illegible] loco id dicit q.
ut [illegible] per prophetam c
contra Jerusalem

ipsa Virgo q. quomodo fiet istud q.

quae confirmatur ex consensu omnium ecclesiarum a pri-
mis usque saeculis traditione; ex Conciliis, quae quotquot de Incar-
natione egere, ut Ephesinum, et Chalcedonense V. et VI. generale
de hoc fere dogma definiunt. Quod si qui aliter senserunt, hi
abominandi et impii omnibus semper habiti fuerunt.

In partu Virginem perseverasse, eodem quo supra Isaiae textu
adversus Jovinianum ostendit Ambrosius epist. 7. ad Siricium //
~~Ecce virgo~~ quae in utero concepit virgoque peperit filium: sic
enim scriptum est: Ecce virgo in utero accipiet et pariet ~~filium~~:
non enim concepturam tantummodo virginem sed et parituram vir-
ginem dixit //. Confirmat sententiam illo Ezechielis 44. Porta haec
clausa erit, et vir non transibit per eam, quoniam Dominus De-
us Israel ingressus est per eam. quae de Maria pariente ex-
ponit cum Hieronymo et Theodoreto. Patres alii ita asserunt
Christum a matre prodiisse quemadmodo e sepulchro illibatis sigillis
minime moto lapide ~~exiit~~ redivivus exiit; et sicut post re-
surrectionem intravit ad Apostolos januis clausis, ut ait Augusti-
nus epist. ad Volusianum. Enchiridii autem cap. 34. haec habet
verba // Quae si vel per nascentem corrumperetur ejus integritas,
jam ille de virgine nasceretur; eumque falso, quod absit,
natum de Virgine Maria tota confiteretur Ecclesia //. Quae qui-
dem totius Ecclesiae de re non vulgari firmissima persuasio effi-
cacissimum est argumentum Mariam non ante partum modo, sed
in partu etiam integerrimam permansisse.

Post partum denique virginem permansisse Mariam variis de-
monstratur momentis. Et primo quidem ex illis scripturae verbis
Lucae 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Ex
quibus Patres, Augustinus, Gregorius Nyssenus, Ambrosius colli-
gunt Mariam perpetuae virginitatis voto obstrictam Deo fuisse. Ver-
ba sunt Augustini libro de sancta virginitate cap. 4. // Ita quo-
que virginitas ejus ideo gratior et acceptior, quia non eam con-
ceptus Christus viro violaturo, quam conservaret, ipse praeripu-
it, sed antequam conciperetur, jam Deo dicatam de qua nasceretur
elegit. Hoc indicant verba quae sibi fetum annuncianti Angelo
Maria reddidit: quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non
cognosco? Quod profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante
vovisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, de-
sponsata est viro justo, non violenter ablaturo, quod illa jam vove-
rat //. Et re quidem vera quorsum Maria Angelo responderet, si
ni-

idipsum ex conciliis

in partu ex eodem Isaia et ostendit Ambrosius.

confirmat ex Ezechiele
v. 1. Et convertit me ad viam
portae sanctuarii, quae respiciebat
ad orientem; et erat clausa.
et dixit Dominus ad me.

Patres alii ut de sepulchro

Aug.

post partum.
habebat votum, ex verbis

Aug.

quorsum Angeli dixit

ae virum non cognoscere, nisi quod impossibile existimaverit, se
virginitate devotam virum aliquando cogniturum?

ud ecclie judicio

2° Ecclesiae Judicio et usu. Eos enim qui in contraria
opinione versati sunt, ut a fide sua et Apostolorum doctrina
ienos e sinu suo semper expulit. praeterea vero in hymnis
et verius inviolatam B. Maria post partum integritatem semper
praedicat. +

in hymnis et canticis:
Post partum virgo inviolata permansisti.

In concilio autem generali Chalcedonensi in allocutione ad Marcianum Imperatorem asseverat, "Virginitatem (Beatae Mariae a Christo) servatam esse, etiam post partum, uterumque ejus ipsius integritate obsignatum, ut nullius injuria deinceps pateret."

3° Sto omnium sanctorum Patrum consensione; ~~Nullus enim~~ ~~qui ab aliis dissentiat. adversam vero~~ quorum nullus est,
in re hac ab aliis dissentiat. Adversam vero huic dogmati
pietatem appellat magnam insaniam Origenes; sacrilegium Ambrosius, blasphemiam Epiphanius et Gennadius: sanctus Hieronymus vero libro adversus Helvidium, B. Maria post partum virginitatis hostem, numero 16. Numquid, ait, non possum tibi totam veterum scriptorum seriem commovere. Ignatium, Polycarpum, Irenaeum, Justinum martyrem, multosque alios apostolicos et eloquentes viros, qui adversus Ebionem et Cerinthum, Theodotium Byzantium, aliosque hac eadem sententes plena sapientia volumina conscripserunt? [Hieron.]

4to denique ratione theologica. Incredibile enim est B. Mariam post Deum editum degeneri satu inquinari se voluisse, et si Josephum virum sanctissimum id attentare ausum fuisse, ut Origenes, et Epiphanius adverterunt, Josephus deinde ut cum natura Baronius in annalibus aetate provectus erat cum Mariam virginem duxit, itaut ad custodiam potius virginitatis quam ad liberorum opus assumptus sit. Mortuo denique Josepho conjuge si multi ex eo liberi superstites fuissent, iis sane Christus morie[ns] potius commendasset matrem, quam Joanni Apostolo ut animadvertit Hieronymus et Epiphanius. Sed melius multo inquit Hieronymus loco supra citato breviter ad singula Helvidii argumenta respondere, quam diutius immorando volumen extendere.

in capitulo post Pascha
tomo 401.

Obiect. 1.

Contra primam itaque propositionis partem haec fere sunt quae ex Sacris Litteris opponunt. Joannis 3. v. 13. Christus ait: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis qui est in caelo. Et cap. 6. v. 41. Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Prima vero Cor. 15. v. 47. dicitur: primus homo de terra terrenus; secundus homo de caelo caelestis. Spiritus in scriptura videtur innuere corpus Christi de caelo delapsum esse, ac per Mariam Virginem tanquam per canalem transmeasse, neque enim Deus, qui ut Deus est, dicitur descendisse e caelo pro-

Contra 1. partem opponunt
Christi corpus de caelo
de caelis!

pre

veit, ee nde descendere dici potest; proindeque Christus humanitatem
suam e cœlo transtulit, non ex Maria assumpsit. Hinc factum
est, inquiunt, ut Matthæus cap. 1. v. 20. dicat quidem Jesum
esse natum in B. Virgine sed non ex ea. Quod in ea natum
est de spiritu sancto est. Hinc factum est, ut Christus ipse nunquam
B. Virginem matrem suam appellaverit, nihilque sibi
cum illa esse commune dixerit: quare Joannis 2. v. 4. interpellanti
ut aquam in vinum verteret, tanquam foeminæ nullo
sibi amicis vinculo conjunctæ respondit: Quid mihi et tibi est
mulier? Cuidam vero ei dicenti, quod a matre ac fratribus
suis inquireretur, inquit: Quæ est mater mea et qui sunt fratres
mei? Matthæi 12. v. 48. Exclamante insuper vir muliere
Beatus venter, qui te portavit, inquit, Quinimo beati qui audiunt
verbum Dei. Ac demum in cruce moriturus chanam
virginem ita est allocutus; Mulier ecce filius tuus. Joannis
v. 26.

... priora testimonia, in quibus dicitur Christus de cœlo descendisse,
respondeo cum S. Hilario Christum dici de cœlo descendisse
non ratione corporis, sed divinæ Verbi personæ quidem
... mutatum localem, quasi cœlum paternam sedem aliquando
reliquerit, quod absit. Sed per assumptionem humanæ nostræ
naturæ, quæ descensus ratio summa est Verbi demissio et exinanitio.
Sed Christus e cœlo descendisse dicitur ratione ...
... divinum spiritus sancti cujus operatione ac virtute
humanitas Christi in utero Virginis concepta et formata est. Quod
e cœlo descendit, inquit Hilarius, conceptus de spiritu origines
causa est. Alio ratione conditionis vitæ Christi, quæ tota divina
et cœlestis fuit, propria et innata sanctitate ac potestate, non
... ipsa corporis conditione. Ad hunc sensum respexisse videtur
Apostolus: unde colligit Christum ejusque discipulos spiritu
... cœlestem; homines vero ex Adamo progenitos mundanos et terrenos
... ac concludit: igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus
et imaginem cœlestis. Ita Tertullianus lib. de carne Christi
cap. 8. Quamobrem antithesis, qua Joannis 3. exprimitur, cum Christus
dicitur venire de cœlo, homines vero e terra, antithesis innuit
non vocat carnem Christi e cœlo descendisse, sed tantum mundi
... homines e terra ortos S. Joannes Christo opponit.
Non vero 1. Cor. 15. Christus opponitur Adamo, oppositio non fit
ratione carnis, siquidem quam vocatur filius Adami Luc. 3. v. 38.
sed

Hinc dicitur natus
in virgine, non ex virgine

Hinc non eam dicit matrem

sum

Ass

*lib. ... de Divinitate
Sic Verbum ... dicitur Deus descendisse
... videndi et ... scalam ...
... quam dat S. Cyrillus in ... e
... Quia, inquit, Deus Verbum se
metipsum exinanivit, ac filius hominis
factus fuit; manens interim quod
... hoc est Deus, fit ut tanquam
...
descendisse dicatur.

*Lucas describit generationem Christi a
...
v. 38. concludit: qui fuit Henos qui
fuit Seth, qui ...

locus ad Cor. de resurrectione exponit Augus.

sed ratione personæ ac officii. S. Augustinus docuit hunc Apostoli locum accipiendum esse de resurrectione, in qua cælestis homo erit, non quia corpus, quod de terra factum est, non erit, sed quia dono cælesti jam tale erit ut etiam cælo inhabitans valeat, non amissa natura, sed mutata qualitate converit, ait idem S. Doctor lib. 13. de Civ. Dei cap. 23. Atque hanc esse veram [illegible] responsionem demonstrat Augustinus lib. 11 contra [illegible] stum cap. 3. ex eo quod Apostolus praemittat v. 44. seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Quare sensus eorum verborum esset, primum homines habere corpus animale, ac morti obnoxium ob generationem ex Adam; [illegible] surrectionem vero corpus spiritale, et incorruptione donatum propter regenerationem in Christo

Probat Aug. ex v. 44. et hanc favet contextus

//

Ad alia testim.a, de non generatione cum B.V.

Ipsi non obst. Patrem.

Ad alia testimonia, quæ opponebantur, respondeo generatim primus cum S. Augustino de Fide contra Manichæos cap. 10 quando Christum non appellasse Virginem nomine matris a exemplo suo docebat negandos esse terrenos parentes [illegible] Deum. Opera enim divina facienti terrenos affectus [illegible] non debebant //. Respondeo deinde singillatim, atque ad [illegible] num dico, Joannem eodem capite 2. v. 1. 3. et 5. scribere [illegible] riam fuisse Christi matrem. Erat, inquit, mater Jesu ibi: Dicit mater Jesu ad eum: Dicit mater ejus ministris. Itaque [illegible] nichæus, ait Augustinus tract. 8. in Joan. num. 7. = Cavet ne cogatur credere Evangelistam fuisse mentitum, quia ait erat ibi mater Jesu: aut ipsum Christum falsa morte [illegible] propter delicta nostra, et falsas cicatrices ostendisse propter justificationem nostram: si enim falsa mater, falsa caro, falsa mors, falsa vulnera passionis, falsæ cicatrices resurrectionis.

x vanam omnino esse ac futilem argutiam illam seu ut ait Tertullianus lib. de carne Christi cap. 20. tortuositatem in assignando discrimine inter particulas in et ex; in eundem enim sensum hic veniunt: = In ea enim erat, ait Tertullianus, quod ex ea erat //. Praeterea S. Lucas usus est particula ex cap. 1 v. 35: Quod ex te nascetur sanctum, Filius Dei vocabitur.

Ad alterum respondeo, Joannem eodem capite 2. v. 1. 3. et 5. scribere &c. ut in ordine

Respondet praeterea idem S. Pater sequenti num. 9. = Dominus Jesus Christus et Deus erat et homo: secundum quod Deus erat, matrem non habebat; secundum quod homo erat, habebat. Mater ergo erat carnis, mater humanitatis, mater infirmitatis quam suscepit propter nos. Miraculum autem, quod facturus erat, secundum divinitatem facturus erat, non secundum infirmitatem //. Et lib. de Fide ad simpliciores cap. 4. = Nec nos ad negandam Christi matrem cogit, quod ab eo dictum est: quid mihi et tibi mulier? sed admonet potius ut intelligamus secundum Deum non eum habere matrem, cujus majestatis personam parabat ostendere aquam in vinum vertendo //

Iterum Aug.s

Ejusdem generis est quod Scribitur Matthæi 12.: Dicendo enim

quæ

hunc ... est mater mea" non negavit sibi matrem, aut cognatos esse ... carnem, sed docuit potius eos pra ... parenti ... et cognatis habendos esse spirituales; subdit enim quicumque ... voluntatem Patris mei qui in coelis est, ipse meus frater ... soror et mater est. Egregie solvit difficultatem hanc Tertullia: ... de carne Christi cap. 7. "Oro te, Apelles, vel tu Marcion, si ... tabula ludens, vel ... aut ... responderes tali ... nunc ... quae mihi mater, aut mihi fratres? ... praedicans et ... Christus legem et prophetas adim: ... tanti vero sui originem ... indigne ... est hoc ... ad percutiendam incredulitatem ... vel ad excuti: ... importunitatem ab opere ... "

... illa, Beatus venter qui te portavit ... quae desumpta ... Lucae cap. 11. egregie interpretatur S. Augustinus Tractat. 10. in ... cap. ... mater mea, quam appellatis felicem, inde ... quia verbum Dei custodit. non quia in illa Verbum caro ... est. sed quia custodit ipsum Verbum Dei per quod facta ... et quod in illa caro factum est. Homines non gaudeant prole ... temporali, exultent si spiritu junguntur Deo". ...

... denique ex capite 19. Joannis in adversarios retorque: ... tum quia ibidem v. 25. et 26. Evangelista demonstrat Mariam ... Christi matrem, dicens: stabat juxta crucem Jesu mater ... cum vidisset ergo Jesus matrem; tum etiam quia Christus ... Joanni commendans agnoscit matrem moriturus de cuja ... mortaliter natus, ut recte S. Aug. tract. 119. in Joannem. ... humana pateris, ex qua fuerat factus homo, affectu com: ... humano".

... contra secundam propositionis partem. Vaticinium Theol. p. ... Isaia 7. Jesu Nazareno aptari non potest: ergo ad probandam ... Mariae Virginitatem perperam assumitur. Antece: ... probatur. Et primo filius, quem Virgo editura erat, appel: ... Emanuel; versu enim 14 dicitur vocabitur nomen ... Emanuel. ... butyrum et mel comesturus erat v. 15 ... et mel comedet. ... ignorantiae obnoxius esse de: ... v. enim 16. additur: antequam sciat puer reprobare ... et eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detesta: ... a facie duorum regum suorum. Jam vero Jesus Nazare: ... Emmanuel dictus est; nec cyriam butyrum et mel ... legitur; ignorantia vero nullo modo ei potest attribui: ... 3.

ex prae praedicationem xxii
apud Matthaeum

inde Tertull.

cum Aug.

Is. 7. Ecce Virgo concipiet.

Resp.

J. Petrus: Tu es Christus Filius Dei &c.
Thomas: Dominus meus, et Deus meus.
Paulus: in ipso inhabitat omnis [illegible]
plenitudo Divinitatis.
Vidimus Dominum &c.

[illegible] &c. iste vere homo erat
[illegible] [illegible] &c.

Resp. Respondeo ad primum. Quod Hebraeis Emmanuel, hoc Latinis enim
nobiscum Deus est. Nomen porro hoc Jesu Nazareno quoniam adaequate
Deus pariter ac homo fuit, jure competit, veterumque ejus sententia Propheticarum
praedictum ab omnibus iis fuit, quicumque eum in carne [illegible]
nata Dei Filium confessi sunt.

Ad secundum dico, verbis illis Butyrum et mel comedet nil aliud
significari, quam quod nobis ineffabili modo salvator more [illegible]
quasi sit educandus, vitamque in Judaea lacte et melle [illegible]
ente regione cibis sit nutriendus.

Ad tertium quod attinet, haec est responsio. Isaias nimirum
[illegible] dixit, antequam sciat puer &c., aut filium suum natu
majorem quem Regi Achaz exhibuerat, designavit; vox enim
Hebraica articuli demonstrationis hic praefigitur: aut, quod verius
similius est, generatim ait; ante annos puero cuilibet necessarios,
ut malum a bono discernere possit, seu priusquam sex
septenive anni effluant, fugandos Jerosolymis Reges Syriae
et Israel, utrumque ut reipsa evenit, objicione solvendam.

Inst. 1. Sed absurdum videtur, inquiunt, rei post sex septenive
nos eventurae signi loco statuere secuturam post plura saecula
Messiae nativitatem.

Resp. Signorum ejusmodi plura in scripturis occurrunt exempla.
[illegible] Exodi 3 ad Moysen dicitur: Hoc habebis signum quod miserim
te: cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis
Deo super montem istum. Libro 1. Reg. c. 2. v. 34 ad
Heli ait Deus: Hoc autem erit tibi signum meae adversum
te irae, quod venturum est duobus filiis tuis Ophni et Phinees:
in die uno morientur ambo. Utrobique porro signum
posterius est eo, cujus causa datum est. Similia [illegible].
Jeremiae 16 v. 31, lib. 3. Reg. cap. [illegible]. Isaiae 37. [illegible]
remia 44 &c. Atque istud contextui quoque, subjectaeque
materiae apprime congruit. Tantundem enim est ac si dixisset
Propheta. Quid times Rex hostes, qui urbem obsident, teque
pariter familiamque tuam interimant? An ignoras Regis
Davidis sanguini ortum Messiam divinitus fuisse pollicitum
[illegible] meum: ille Deus, qui efficere potest, efficietque, ut
virgo concipiat, pariatque Messiam, quanto facilius id [illegible]
stabit, ut urbem, te, familiamque tuam conservet?

Inst. 2. Etsi verba Isaiae ad Jesum Nazarenum referas, matrem
tamen illius in conceptu et partu virginem fuisse non, vocem

Propter peccata filiorum Heli, et
indulgentiam Patris &c.
[illegible] in [illegible] contra Philisthaeos

[illegible]. In diebus Achaz [illegible]
[illegible] rex Syriae
et [illegible] rex Israel in
Jerusalem ad praeliandum contra [illegible].
[illegible]
occurrens Achaz tu, et qui derelictus est
Jasub filius tuus &c.

box

... enim haalma non significat virginem, sed puellam adolescentulam, sive integram sive virum expertam. Ita ... Prophetae reddiderunt interpretes graeci Aquila, Theodotion ... Symmachus. Ita reddenda esse verba Prophetae constat ex aliis ... locis, ut ex Proverbiorum 30. v. 18.: Tria sunt diffi... mihi, et quartum penitus ignoro viam aquilae in coelo, viam ... super terram, et viam navis in medio mari et viam ... in adolescentia. Et in canticis cap. 1. v. 2. Adolescentulae di... ... te 3. quibus in locis hebraica lectio loco adolescen... vel adolescentula habet vocem alma. (Eazaris pag. 45.)

Arguunt ex Graecis interpr.

... vero certum et plane demonstratum est, vocem hebrai... haalma designare adolescentulam, non cujuscunque ... sed absconditam incognitam viro virginem, a radice ... celare, abscondere; adolescentulae enim innuptae ma... diligentia apud Hebraeos ab hominum aspectu custodie... : ut patet ex 2do libro Machabaeor. 3. v. 19., ubi ... virgines, quae conclusae erant, procurrisse ad Oniam ... etiam testatur Josephus Hebraeus lib. 7. Antiquit. Judaic. ... 10. Maxime autem significatur virgo, quando vox al... scribitur cum praepositione litterae He, ut hic scribitur haalma. Sane nonnisi tribus in locis haec vox invenitur, ... semper significat virginem. Sic Genesis 24. v. 16. et ... 3. Rebecca virgo appellatur cum littera he praeposita haalma. Exodi pariter 2. v. 8. Maria soror Moysis, quae virgo erat, vocatur haalma.* Nec ubibi in tota sacra scriptura legitur haec vox haalma ad designandam mulierem quae virgo non fuerit: adeo ut s. Hieronymus in sacro texto hebraico versatissimus ita fidenter potuerit asserere in commentario ad hunc locum: // Quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror alma in muliere nupta legisse, sed in ea, quae virgo est: ut non solum virgo sit, sed virgo junioris aetatis, et in annis adolescentiae.... Lingua quoque Punica, quae de Hebraeorum fontibus manare dicitur, proprie virgo alma appellatur //. Nec contrarium probant adducta interpretationes; potior ... nobis est auctoritas 70. interpretum, Paraphrastarum ... chaldaeorum, Syri, et Arabis interpretis, aliorumque

qui

confirmant

Seleucus Asiae Rex misit in Jerusalem ad pecuniam [illegible] Heliodorus praefectus Regis venit ad Oniam Pontificem

Sic de Rebecca uxore Isaac.

× [illegible] virgine [illegible] ... viro.

* [illegible]

vide Hiero

[illegible]

suspectæ fidei q.

qui omnes virginem significari tradiderunt, quam Aquilæ Theodotionis et Symmachi, qui ~~omnes~~ suspectæ fidei sunt utpote qui proselyti Judæorum fuerunt. Aquila enim primo gentilis, postea Christianus, ac demum Judæus evasit. Theodotion primo Marcionis sectator fuit, postea ad Judæos migravit et ipse: Symmachus Samaritanus erat, Christianus autem factus Ebionitis adhæsit, in quorum gratiam suam edidit græcam Bibliorum versionem. unde mirum non est Mariæ integritati infensos fuisse.

Ad Scripturæ loca quod attinet, respondeo, utrobique vocem alma significare virginem. In capite 30. Proverbiorum Salomon dicit tria esse sibi difficilia scilicet viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, et viam navis in medio mari; quartum autem se penitus ignorare, nempe viam viri in adolescentia, ut noster Vulgatus legit una cum 70 interpretibus, idest quomodo usus rationis a nobis sensim sensim acquiratur, et una cum ætate in nobis crescat. Si autem una cum Hebræis legunt in adolescentula, vel id referunt ad mysterium Incarnationis Dominicæ, quod certe ignorabat Salomon, quomodo in utero Virginis peractum sit vel dicunt Salomonem ignorasse modum, quo ex commixtione utriusque sexus fiat hominis generatio; vel demum autumant voluisse hunc sapientissimum Regem artes indicare quibus astutissimæ mulieres turpes suos lapsus abscondere solent. At vero etiamsi concedatur Rabbinis, fuisse hoc loco nomen alma adhibitum ad significandam puellam non vere, sed simulate virginem, non video quidnam inde inferri possit contra Isaiæ oraculum. quasi vero Isaias non de vera, sed de simulata virgine locutus sit.

idest quomodo usus rationis evolvatur

vel quomodo incarnationis mysterium peractum sit

vel quomodo sexus

vel quomodo [illegible] lapsus [illegible]

sic dict. q.

In altero testimonio ex Canticis deprompto, adolescentulæ, quæ ibi vocantur Alamot, virgines erant, utpote quæ inferius cap. 6. v. 7. distinguuntur a Reginis, seu uxoribus Salomonis et a concubinis: sexaginta sunt Reginæ et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus, virginum nempe, quæ in gynecæo asservabantur, ut quando opus esset, in conjuges annumerentur.

Inst. 3. Hebræi ad virginem designandam utuntur voce Betula ut ex innumeris locis ostendi, potest ergo.

Resp. Respondeo vero, vocem hanc Betula significare virginem cujuscumque ætatis, vocem autem alma significare virgi-

virginem adolescentulam, cujusmodi fuit Maria quando de spiritu sancto concepit Dominum nostrum Jesum Christum. Imo vox Betula aliquando usurpata invenitur ad significandam viduam, ut Joëlis 1. v. 8. Plange quasi virgo (Hebraice Betula) accincta sacco super virum pubertatis suæ.

(Reliqua contra testimonium Isaiæ lege apud Lazaniga p. 95.) ~~Inst. 4.~~

Object. 3. Christus in sacris literis describitur eo modo genitus quo alii homines, scilicet ex commixtione maris cum fœmina. Nam primo non solum dicitur habere matrem, sed etiam patrem, ut Lucæ 2. v. 33. Erat pater ejus, et mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. et infra v. 48. dixit ei mater: ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te. 2do Matthæi 1. probatur Christum fuisse filium David, quia Joseph ~~[illegible]~~ vir Mariæ ex David descendit, quæ probatio nulla foret, si Christus tantum Mariæ filius fuisset non autem Joseph. 3tio s. Paulus ad Gal. 4. v. 4. Christum dicit factum ex muliere; mulier autem consueto loquendi usu non significat virginem, sed fœminam a viro cognitam. 4to denique Lucæ 2. v. 22. hoc cernitur: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. At vero hæc minime essent si tam ante, tantum quam in partu virgo perseveraset: ergo.

Resp. Respondet s. Thomas ad primum, s. Josephum fuisse appellatum patrem Jesu Christi secundum communem hominum opinionem, quos Deus de hoc virginei partus mysterio instruere ab initio certis de causis opportunum non judicavit: unde item s. Evangelista cap. 3. v. 23 Ipse Jesus, inquit, erat incipiens.. ut putabatur filius Joseph. Hæc eadem est etiam responsio s. Hieronymi adversus Helvidium: „omnes, inquit, Jesum filium æstimabant Joseph in natum, ut etiam Evangelista opinionem vulgi exprimentes, quæ vera historiæ lex est, Patrem eum dixerit salvatoris".

s. Hier. At vero idem s. Hieronimus in hunc locum Matthæi duas allegat rationes, propter quas genealogia Jesu Christi fuit deducta per Josephum et non per Mariam: primo, quia non est consuetudinis scripturarum, ut mulierum in

gene-

opp. Christum dici genitum ut alios.

Nam cum communiter essent dies 8. ut circumciderent eum [illegible] Simeon

sdo Matthæus probat Christum ex genere David, quia Josephus.

3. Paulus

4. ex Luca 2

Adv. B. Joseph [illegible] communi .. æstimatione;

resp. Hier.

generationibus ordo servatur. Deinde ex una tribu fuit Joseph, et Maria; unde et ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam suam; si Joseph a David descendebat; Maria quoque ex eadem tribu ~~descendens~~ existens, descendebat ex David, ~~et~~ ideoque et Jesus filius Mariæ. ... [illegible]

Tertium leve est. Mulieris enim, sive feminæ nomen tam virginibus quam corruptis commune est. = Usus hebrææ locutionis, inquit S. Augustinus serm. 73. de verbis Domini. cap. 4 mulieres dicit, non virginitate corruptas, sed feminas. = Quod S. Thomas ostine (?) [illegible] in hunc locum probat ex cap. 3. Genesis ubi Adam vocat Evam uxorem suam mulierem: mulierem quam dedisti mihi; quæ tamen tunc adhuc virgo erat.

Ipsum serl. (?) *unde Aug.* *confirmat Th. ex Ada*

Ad quartum denique dico, quod spectata vulgari ratione partus verba illa omne masculinum &c. non aliud significant, quam omne primogenitum: seu qui, præmortua matre, ex secto matris utero excipiebatur infans, offerri Deo non debuisset, quod tota Judæorum synagoga negat.

Christus spiritualiter tantum aperuit vulvam, idest exiit

Object. 4. Opponunt denique contra Virginitatem post partum. Evangelista, eum Nazareni fratres, et sorores plures recenseant; sic Matthæus cap. 13. v. 55, et 56. Nonne inquit, mater ejus dicitur Maria. et fratres ejus Jacobus, et Joseph, et Simon, et Judas: et sorores ejus nonne omnes apud nos sunt? Deinde apud eundem Matthæum cap. 1. v. 25. et apud Lucam cap. 2. v. 7. aperte primogenitus ejus dicitur: peperit filium suum, primogenitum eorum.

Resp. Ad primum respondeo, non natura, sed cognatione Christi fratres fuisse, qui fratres Domini in scriptura dicuntur. Duplex porro est circa S. Josephum, et ipsos Christi fratres antiquorum opinio. Alii, ut Epiphanius et Cyrillus Alexandrinus ~~ass~~ asserunt, Josephum Mariam in uxorem accepisse, cum viduus esset, et ex priori conjugio multos jam liberos suscepisset, qui in Evangelio fratres Christi ideo nuncupantur: alii, ut Hieronymus contra Helvidium, Josephum virginem semper fuisse arbitrantur: fratres autem Christi vocari genere, aut affinitate propinquos, more Judæis consueto = quemadmodum Lot Abrahæ Genes. 13. v. 8. quomodo Jacob frater Laban appellatus est Genes. 16. v. 15 = inquit idem Hieronymus, quod longe probabilius est.

x ... [illegible] inter me et te ... [illegible]

et tamen cap. 11. v. 5 = Tulitque Tarai (?) Abraham, et Lot filium fratris sui &c.

Ad alterum respondeo cum eodem S. Doctore: = omnis unigenitus est primogenitus, non omnis primogenitus est unigenitus. Primogenitus est non tantum post quem et alii, sed ante quem nul-

nullus... alioquin si non est primogenitus nisi is tantum, quem sequuntur fratres, tamdiu sacerdotibus primogenita non deberentur, quamdiu et alia fuerint procreata: ne forte partu postea non sequente unigenitus sit, et non primogenitus =

Matthaei 1. v. 18. Maria dicitur inventa in utero habens... antequam convenirent ipsa et Joseph: ergo postea saltem convenerunt, ideoque q.. Accedit quod ibidem v. 25. additur: et non cognoscebat eam (Mariam Joseph) donec peperit filium suum primogenitum. ergo saltem postea cognovit. Inf.

Ad primum nego consequentiam. ut enim monet Hieronymus, scriptura quid factum non sit aperit, non quid postmodum contigerit. Agebatur enim duntaxat de Christi ex Virgine ortu: eum autem Evangelista describit, nec ultra progreditur. Resp.

Ad secundum nego pariter consequentiam. Vox enim donec quid antea factum non sit ibi tantummodo demonstrat, ut alibi non semel sic v. gr. 2. Reg. 6. v. 23. Michol filia Saul, inquit scriptura non est natus filius usque in diem mortis suae. Quis autem inde colligat, natum ipsi filium esse post mortem?

Caput III.

De unica in duabus Christi naturis divina Verbi Persona.

Cum recta methodus postulet ut a notioribus ad minus nota progrediamur; hinc confutatis hactenus illis qui aut divinam aut humanam Christi naturam negarunt, eos nunc exagitare debemus qui eam solvere conati sunt et unitatem personae in Christo auferre tentarunt. Inter hos vero tametsi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], Diodorus, [illegible] Mopsuestianus, Ibas, Nestorius, Theodoretus, [illegible] et Anastasius, nos vero illos omnes, qui vel Nestorium instituerunt magistrum, vel ex eius disciplina prodierunt [illegible]. Isti enim cum Jesum hominem crederent [illegible], Paulinistarum, Marcelli et Photini, a summa sua congregatione [illegible] fuisse hominem, propriaque humanitati persona sub- sis

Hostes refellendi. Princeps q.
Defendimus huc usque divinitatem et humanitatem Jesu C., eosque impugnavimus q.
Nunc q.

qui Jesum in [illegible] [illegible]
[illegible] q.
a Verbo [illegible] [illegible]

duas personas dicenda.

Sed quoniam cum Nestorio,
juvat illius ingenium;

discipulus
auditor ejus.
monachus, presbyter
lingua promptus, et facundus
in locum Sisinii suffectus

initio praeclare se gessit,
venenum.
asserens;
praemissis ut in concione.

Rumore sparso ejus Coelestinus
scripsit Cyrillo ejus

subsistentem crederent; subinde autem a Verbo divino in societatem atque consortium assumptum, atque ita divina etiam Verbi persona [illegible] communicaretur; geminas revera personas adstruxerunt; humanam scilicet Mariae filii, et divinam filii Dei nexu quodam morali in Christo invicem copulatas.

Sed quoniam cum Nestorio, quem [illegible] omnium ~~potissimum~~ auctorem habuit haec haeresis, potissimum [illegible] nobis est certatio, idcirco hominis ingenium, vitae instituta, novos ejus errores breviter hic recensere juvat, simul ac his contra ejus defensores destinato opere inferius [illegible]. Is itaque in [illegible] Syriae oppido ortus, Theodori Mopsuestiae [illegible], ac [illegible] Tarsensis auditor, Joannis Antiocheni [illegible] conjunctus, ac Theodoreti Cyrensis episcopi amicus, monasticam primo vitam coluit prope Antiochiam. E monasterio in clerum Antiochenum cooptatus presbyterque factus, docendi populum munus habuit, quod lingua promptus esset et facundus existimaretur. Quo in officio ita se gessit, ut ob eloquentiae ac sanctitatis famam anno [illegible] a Theodosio juniore Imperatore in Sisinii Constantinopolitani Antistitis [illegible] sedem suffectus fuerit, gratulantibus, faventibusque una bonis omnibus tum imprimis Coelestino Summo Pontifice ac Cyrillo Patriarcha Alexandrino.

Sub episcopatus sui initium omnes [illegible] [illegible] non ita multo post ex pastore versus in lupum, conceptum jam pridem animo erroris sui virus in Christum, sanctamque [illegible] evomuit, asserens duplicem esse in Christo personam, et Beatam Mariam nequaquam esse Dei matrem, sed [illegible] [illegible] Christi. [illegible] primum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ac [illegible] Anastasio presbytero, familiaribus suis qui coram ipso, [illegible] concione dicere ausus est palam in Ecclesia, B. Mariam non esse Deiparam. [illegible] impietatem [illegible] confirmavit, [illegible] multis [illegible] [illegible] [illegible], ac sese [illegible] ab illo [illegible].

Rumore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mandavit Cyrillo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad Nestorium epistola cui [illegible] anathematismos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tur, nisi errorem suum revocaret. Contempsit nec [illegible]

ius oppositisque Cyrilli scripto totidem articulis ad avertendam damnationis poenam sibi imminentem ad Concilium provocavit, et Cyrillum ut Apollinaristam Arianumque traducere coepit.

Quamobrem Synodus Ephesina generalis indicta est in mensem junium anni 431, ad quam profecti sunt Coelestini Pontificis Legati tres. Cum autem ad constitutam diem convenissent Episcopi numero 274, Joannes Antiochenus Nestorii amicus cum suis orientalibus, quos inter Theodoretus eminebat, moras de industria nectens non adfuit. Die igitur 21. Junii, quae Dominica fuit, missi sunt Episcopi ad Nestorium, qui eum in crastinam diem ad conventum invitarent. Sed ille de re deliberaturum se dixit et interim errorem suum ita impudenter effuderat, ut palam affirmare per eos dies veritus non sit, se trimestrem ac bimestrem Deum appellare non posse. Cum autem nec ter vocatus sese sistere voluisset, proscriptus est, et omni tum sacerdotii gradu tum christianae communionis communione privatus. Quod probarunt Romani Pontificis legati, qui [illegible] post id Concilium pervenerant.

Quinque post acta haec diebus Ephesum accessit Joannes Antiochenus viginti circiter Episcopis stipatus, qui audita Nestorii damnatione exacerbatus, coegit statim conciliabulum, in quo Synodum generalem repraesentans, Cyrillum ac Memnonem urbis Ephesinae praesulem deposuit, annitente Candidiano comite Nestorii fautore, qui eo missus fuerat ab Imperatore Theodosio ut tumultus si qui oborirentur compesceret. Objiciebat Joannes Antiochenus Cyrillo ejus anathematismos tanquam Apollinaristarum unam in Christo naturam admittentium venena spargere; ceteris vero Patribus synodi praeproperam celebrationem, impotentiam animi ac seditiones. Cum autem Cyrillus ter in jus vocatum monitumque ut se cum aliis Episcopis conjungeret, rationesque rationes daret, nec obsecutum ob Nestorii et haeresis patrocinium [illegible] temeritatem omni sacerdotali dignitate exuit.

Utraque ex parte litterae ad Imperatorem directae sunt. Ea opera comitum ac ceterorum aulicorum, quos sibi devinctos habebat Nestorius, effectum est, ut [illegible] schismatico-

contemsit Nestorius

Jamjam si superfuisset [illegible] et Deum fecerat mirare. [illegible]

— Hic distabis post Pascha anno 1801.

ter vocatus Nestorius,

fremebat populus Ephesinus,

juncta cum Jo: Antiocheno 43. Episcopis

Praefecto;

[illegible] epistolae ad eum pervenirent, quae quidem ipsum in [illegible] [illegible] ita commoverunt, ut Cyrillus etiam in ca[illegible] ceren sit conjectus. Verum cum alias [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] confecta sit fidei Cyrillus dedit ad monachos urbis Constantinopolitanae perferendas, eorundem monachorum, a magistro Dalmatio archimandrita viri sanctissimi studio, fraudes Joannis Antiocheni patefactae sunt et fidei veritas asserta est.

Itaque confirmatis ab Imperatore, sorori potissimum Pulcheriae suasu, Synodi Ecumenicae decretis, atque [illegible] [illegible] cum Maximiano monacho [illegible] doctrina ac vitae [illegible] [illegible], Synodi Cyrillum ad sedes suas redire jussi sunt. Nestorius vero redire coactus est in antiquum suum monasterium ac [illegible] relegatus Oasim, ubi verminante lingua miserabiliter e vita excessit; ejusque [illegible], ita dicente Theodosio, [illegible] Cyrillum inter et Orientales dissidia ac simultates [illegible] [illegible]. Donec tandem allaborante eodem Theodosio, [illegible] per Paulum Emisenum [illegible] [illegible], feliciter sopita sunt: Cyrillo duas quas negare [illegible] [illegible] naturas Christo cum Orientalibus [illegible]. Joanne autem Antiocheno [illegible] cum suis in [illegible] [illegible] Nestorium sententiam [illegible] que [illegible] [illegible].

Ut autem unusquisque studiosus cognoscat quales errores [illegible] sinus observandum est juxta Nestorii mentem nimirum nullam esse inter utramque Christi naturam physicam et [illegible] unionem, sed accidentalem duntaxat et moralem, eamque [illegible] [illegible] inhabitationis videlicet quatenus Verbum in Christo [illegible] [illegible] tanquam in templo habitet; amoris deinde quatenus [illegible] [illegible] sit cum ipso; operationis [illegible] insuper quia humana Christi natura tanquam instrumento Verbum utebatur. et de[illegible] [illegible] communicationis cujusdam moralis, quatenus illi [illegible] [illegible] dignitatem et excellentiam suam.

[illegible] nullam vera esse utriusque naturae in Christo [illegible] communicationem, ideo ut Deus homo dici non [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] nec homo Christus [illegible] proprie Deus, sed tantum Deifer.

[illegible] duas esse revera in Christo personas, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] alteram inhabitatam, unam [illegible] [illegible] Dei [illegible] Verbum, aliam adjectivam, scilicet hominem.

infectus Maximianus

coactus in monasterium

[illegible] Joannes Antiocheni

+ eique mirabilia patrandi virtutem tribuebat.

4to B. Virginem, utpote quæ divinitatem non procrearet, non posse legitime appellari Deiparam, seu theotocon sed christotocon.

5to. a Verbo assumptum fuisse hominem Christum jam per se subsistentem, cuique tenus oratione hanc assumptionem promeritum. His notatis accedimus ad statuendum quod in hoc capite propositum est...

Prop. Unica est, eaque divina in duabus Christi naturis persona.

Prob. 1. ex locis, in quibus Christus tanquam unica persona in duabus naturis &c.

